



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosa ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Tertivs Et Qvartvs Decretalivm Libri continentur

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

De Præbendis, & Dignitatibus. Tit. V.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95279](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95279)

Ecclesiæ. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anania, Hostien. Anchar. Henric. Panorm. Butr. Viuian. in ration. lib. 3. iuris. Pontificij, pag. 39. Alagon. in compend. iuris Canon. pag. 371. remissum Ximen. in concord. p. 1.

2. *Renoues ad residentiam, &c.* Quomodo autem attento iure nouiori Concilij Tridentini procedendum sit contra dignitates, & Canonicos non residentes vsque ad beneficiorum priuationem, dixi ad cap. ex parte. 8. sup. hoc tit.

3. *In utilitatem eiusdem. &c.* In idem esse videtur Concil. Trident. sess. 23. de reformat. cap. 3. dum decidere videtur portionem distributionum iis contingentem, qui non intereunt, si intereissent, applicari debere fabricæ Ecclesiæ quatenus indigeat, aut alteri pio loco arbitrio Ordinarij, quæ quidem decisio repugnari videtur alteri sess. 21. de reformat. cap. 3. ubi statuitur quotidianas distributiones diuidendas esse inter obtinentes dignitates, & ceteros diuini interequentes; pro quorum iurium conciliatione elaborant Doctores, & præcipue Nauar. miscell. 59. de oratione. n. 9. Monet. de distribut. quotid. part. 3. quest. 6. num. 29. Fule. de visitat. lib. 1. cap. 15. num. 25. Azor. instit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 7. quest. 8. Campanil. in diuersorio iuris Canonici. rubric. 7. cap. 6. n. 15. vers. consili. Sed inter alias conciliationes illa verior est, quod scilicet Concil. Trident. sess. 22. c. 3. loquitur in dignitatibus, à quibus Ordinarij tertiam partem fructuum in distributionibus quotidianas conuertendas separare potest, & dato quod distributiones quotidianæ non sint tenues, & inodiosum obtinentium dignitates, & negligentium residere, & quando illa tertia pars ita subtrahitur per non seruientes admittitur, locis pijs est applicanda: at verò c. 3. sess. 21. loquitur solum quando distributiones ita sunt tenues, vt negligantur, & hoc casu tertia fructuum pars ita separata, & in distributiones ab Ordinario conuersa, si per non seruientes amittatur, proportionabiliter seruientibus accrescit, quod in Sacra Congregatione decisum fuisse referunt Rota in Astoricens. residentia 6. Iunij 1616. coram Reuerendiss. Coccino Rotæ Decano, quæ est impressa in fine tract. de distrib. quotid. Monetæ. Nicol. Garc. de benef. p. 3. c. 2. n. 465.

4. In gloss. Et prædecessorum, ibi, unde statim expirant. Imo contra hanc gloss. verius est licentiam mortuo concedente non expirare, vt resoluunt per me citati ad c. relationem 4. sup. hoc tit.

5. In gloss. Assisios. Qui sint, vide Selo. de benef. p. 1. q. 2. n. 47. Petr. Gregor. synagmat. iuris. lib. 1. sic. 23. ex n. 11. Anton. Fabric. in praxi & theoria benefic. tit. de reliquis stipendijs Ecclesiasticis ex n. 12. Sebast. Casar. in relect. de Ecclesiast. hierarchia. p. 3. disp. 12. §. ult. n. 21. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 9. q. 1. ubi vltra dicta in hac glossa asserit Assisios esse illos beneficiarios, qui in Hispania dicuntur portionarij, qui præter Canonicos portiones habent in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis, Vincent. Fillinc. tom. 3. tract. 41. c. 1. n. 17. & ita dici eo quod semper debeant esse assidui in Ecclesia per hunc text. refert Maslobr. in praxi habendi concursus prælat. 2. n. 6. secundum Romanam impress.

In ead. gloss. ibi, Nec vocantur ad omnes tractatus cum Canonicis. Notatur ad hoc quod beneficiati non sunt admittendi ad communes tractatus cum Canonicis, vt per Butr. n. 8. Abb. num. 9. Cæf. de Graff. decis. 4. de his, quæ sunt à maiori parte Cap. Caputaq. decis. 34. num. 2. p. 1. & fuit dictum in Valentina emolumentorum 2. Octobris 1587. coram Bubalo, & in Romana concordia Aprilis 1609. coram Card. Cuaualerio, inter eius impressas, decis. 57. ex n. 1.

Barbol. Collect. Tom. I II.

S V M M A R I V M.

1. Clericus non residens si monitus non redeat, nec istam excusationem alleget, priuatur beneficio.
2. Clericus non residens ante omnia monendus est personaliter ad residentiam vt verè constet de delicto, & pateat nullam ei competere excusationem.
3. Clericus si efficiatur miles beneficio suo renuntiare videtur.

CAP. Clericos. XVII. & vlt.

Beneficia qui habent residentiam requirentia, ab Episcopo possunt priuari, si absque ipsius licentia transeunt morandi causa in aliam diocesim, & moniti non redierint, nec ostendant rationabilem excusationem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Imol. Hostien. Henric. Ancharan. Butr. Panorm. Viuian. in rationali lib. 3. iuris Pontif. pag. 40. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 371. remissum Casal. in annot. Ximen. in concord. p. 2.

Si moniti non redierint.] Ergo non residens in beneficio ante omnia monendus est personaliter ad residentiam, vt ita verè constet de delicto, & pateat nullam ei competere excusationem, vt tenent Doctores citati ad cap. ex parte 8. n. 3. sup. hoc tit. quibus adde Azor. instit. moral. p. 2. lib. 7. c. 6. q. 4. vers. quare probabilius, in fine. Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verbo priuatio, §. 3. Si autem absens Canonicus ignoretur ubi sit, quomodo citari debeat per edictum ad cap. ex tua 11. supra hoc tit. n. 2.

In gloss. Redierint, ibi, vel factus est miles. Notatur ad hoc quod si Clericus efficiatur miles, beneficio suo renuntiare videtur, vt per Clar. §. fin. quest. 7. n. 6. Flamin. de resignat. lib. 1. q. 1. n. 22. & de confident. benefic. q. 9. n. 25. Farin. fragment. crimin. p. 1. lit. C. n. 183. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 14. n. 3. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 7. c. 15. in princip. refero ego ipse de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 57. n. 216.

In gloss. Excusationem, vlt. de causis excusantibus residentia, & præcipue de enumeratis in hac glossa dixi ad c. relationem 4. in fin. sup. hoc tit.



De Prabendis, & Dignitatibus.

TIT. V.

S V M M A R I V M.

1. Doctores referuntur super hanc rubr. scribentes.
2. Prabendarum materia ubi tractetur, ostenditur.
3. Prabenda reperitur in genere neutro pro stipendijs, quæ præstabantur militibus in prædium destinatis.
4. Prabenda in hoc tit. genere feminino accipitur pro stipendijs, quæ clericis præstantur pro diuino ministerio.
5. Prabenda vnde dicatur, ostenditur.
6. Prabenda propterea est genus sumitur pro omni beneficio.
7. Prabenda in specie sumpta accipitur pro Prabenda Cathedralis, vel Collegiata Ecclesiæ.
8. Prabenda alia est Ecclesiastica, alia temporalis.

D 2 9 Pra

- 9 *Præbenda temporalis est que laico conceditur pro labore temporali.*
 10 *Præbenda spiritualis est ius percipiendi prouentus in Ecclesia competens percipienti tanquam vni de collegio.*
 11 *Canoniam & præbendam in quo differant ostenditur, & num. seq.*
 12 *Præbenda spiritualis est beneficium Ecclesiasticum, non vero Canoniam.*
 13 *Dignitas dupliciter accipitur in genere, & in specie, & que sit utraque declaratur.*
 14 *Archidiaconatus, & Presbyteratus de iure communis tantum habent dignitatem ex solo nomine.*



VER hanc rubric. scripserunt Zabar. ellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Dec. An. har. Butr. Panorm. Ioan. de Londris in breuario sanctorum Canonum, fol. 173. verso. Martin. Melnart. in epitome Decret. fol. 38. verso. Petr. de Ravenna in compendio iuris Canon. Dan. Venator. in analysi methodica iuris Pontif. à pag. 377. Goffred. & Hoil. in summa huius tit. Alexand. Callan. & Anastal. Gyrmon. in paratilis ad quinque libros Decret. Lancelot. in institut. Canon. Barthol. Carthag. in exposit. titulorum iuris Canonici. Zypæ in analytica postremi iuris Ecclesiast. enarrat. pag. 152. Canif. in sum. iuris Canonici Casarel. in erotem. eiusdem iuris, nouissime Ioan. Honor. lib. 3. sum. in Decretal. omnes sub hac rubr.

- 2 De materia tituli vide Vinian. Soar. & alios tom. 1. communium opinion. lib. 1. tit. 9. pag. 181. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. §. 8. 1. num. 20. cum seqq. Camill. Borrell. in summa omnium decis. tit. 100.
 3 *Præbendis.* Apud bonos auctores nomen *Præbenda* reperitur in genere neutro pro stipendiis, quæ præstabantur in iusticiis in prælium distinctis, l. i. in iuri 2. ff. de re lib. Præte. in lexic. iuris, verbo *præbenda*, Duaren. de sacris Ecclesia minist. lib. 2. cap. 8. Bri. or. de verborum significat. verbo *præbere*, Alciat. lib. 2. Parerg. 4 cap. 4. Sed in hoc tit. in genere feminino accipitur pro stipendiis, quæ Clericis præstantur pro diuino ministerio, & derivatur à verbo *præbeo*, in lata significatione, in stricta verò à *pretio*, quod quis recipit pro labore, ita Nicol. Mil. in suo repert. verbo *præbenda*. Ioan. Monach. in rubric. huius tit. lib. 6. & ibi, Prob. in addit. num. 20. Cardinal. in Clement. fin. hoc tit. q. 1. consil. 53. num. 2. Rot. noua decis. 33. de Episcopis. Vel possit dici præbendas Canonicoz ita vocati, quia præbent ea quæ sunt victui necessaria, & derivati à verbo *præbenda*, in neutro genere, & numero plurali, quod significabat ligna, & falem, quæ incolæ, & habitatores Legatis publicè missis exhibere debebant, Horat. serm. 1. Satyr. 5. Anl. Gelli. lib. 5. notitium Attic. cap. 4. ibi, qui sortiti provincias forent, præbenda publicè conduxisse, & appellatione illarum specierum omnia hospitibus necessaria intelligebantur, ut docet Rabin. de interpret. vocum obscurarum, atque ideo merito præbenda appellatur, quia necessaria victui præbent, & in aliquibus Ecclesiis portio assignata est in pane & vino, prout in Ecclesia Astoricensi, ut docet Ioan. Quintin. in repet. cap. de multa in fin. verbo *præbenda*, hoc tit. de qua latè Sebast. Casar. in relect. de Ecclesiast. hierarch. p. 1. disp. 12. §. 6. ex n. 29.
 6 Dupliciter accipitur hoc verbum, in genere scilicet, & in specie; & prout est genus, sumitur pro omni beneficio, & definitur variis modis per scribentes, ut constat ex traditis per Abb. cons. 47. vol. 2. n. 7. Felin. in cap. in nostra col. 7. de rescript. Dec. in rub. eiusdem tit. n. 3. Selu. de benef. p. 1. q. 1. Corral. de sacer. p. 1. c. 2. Duaren. lib. 2. de sacris Ecclesia minist. cap. 4. Syluest. in sum. verbo *beneficium*, 1. in princ. Rebuff. in praxi benef. tit. quid & quot modis dicatur beneficium n. 8. Hoied. de incompat. benef. p. 1. in prefat. n. 2. Petr. Greg. synagm. iuris lib. 17. cap. 2. & in tit. de benef. cap. 6. n. 5. Patil. de resign. benef. lib. 4. q. 2. n. 4.

ren. lib. 2. de sacris Ecclesia minist. cap. 4. Syluest. in sum. verbo *beneficium*, 1. in princ. Rebuff. in praxi benef. tit. quid & quot modis dicatur beneficium n. 8. Hoied. de incompat. benef. p. 1. in prefat. n. 2. Petr. Greg. synagm. iuris lib. 17. cap. 2. & in tit. de benef. cap. 6. n. 5. Patil. de resign. benef. lib. 4. q. 2. n. 4.

Præbenda autem in specie sumpta accipitur pro præbenda Cathedralis, vel Collegiata Ecclesiæ, text. cum ibi, notatis in cap. cum M. de consuet. & in cap. quia nonnulli, de magistr. quamvis in lata significatione, comprehendat omnia beneficia inferiora, ut in cap. tua nobis, de verb. signif. & in cap. si quis dator 1. q. 1. & in c. quia tantum, in fine, hoc tit. & in hac significatione accipitur in hoc tit. Et præbendarum plures species referunt gloss. verbo *receptum* in d. c. cum M. vbi Abb. n. 31. Felin. 3. Dec. 52. Mant. 26. Rip. 170. qui refert quinq. & Hoied. de incompat. benef. p. 1. c. 12. n. 3. Sed commodius diuiditur in temporalem, & Ecclesiasticam: temporalis est illa, quæ non est annexa Canoniam, seu beneficium Ecclesiasticum, sed consistit in mera temporalitate, de qua loquitur text. in cap. penult. de magistr. & laico conceditur pro labore temporali, qualis est illa, quæ conceditur Symphoniacis, Procuratoribus, Advocato, Syndico, & Organistæ, gloss. d. verbo *receptum* in d. cap. cum M. & ibi, Rip. 170. Roman. consil. 228. n. 8. Selu. de benef. p. 1. q. 7. n. 4. Duaren. de sacris Ecclesia minist. lib. 2. c. 8. Nanart. in cap. quando, de consecr. dist. 1. notab. 7. num. 24. Pechi. in reg. beneficium, num. penult. Petr. Greg. in tit. de benef. c. 1. n. 15. cum seqq. Rebuff. in concord. de collation. §. 10. vers. Canoniam, & præbendam, in fin. Ant. de Prætis in clypeo pastoralis, c. 3. in princ. & n. 11. Ecclesiastica verò, seu spiritualis illa dicitur, quæ est beneficium Ecclesiasticum, ut in c. dilectio, hoc tit. vbi Abb. notab. 5. idem Abb. post. Innoc. in cap. maioribus, eod. tit. & in d. cum M. n. 22. relati ab Hoied. vbi supra n. 2.

Spiritualis autem præbenda definiti solet, ut sit ius percipiendi prouentus in Ecclesia competens percipienti tanquam vni de collegio, quam distinctionem assignant Hostien. in summa tit. de præbenda, n. 28. Archidiacon. in cap. alienationis 1. q. 2. Prob. ad Monach. in rubric. huius tit. in 6. Rebuff. in praxi benef. tit. seculari beneficium quatuorplex. Sed melius definitur quod sit beneficium simplex institutum in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata, ad exequenda diuina Officia, quod non habet ex se scannum in choro, neque vocem in Capitulo, ut notant Doct. in d. cap. cum M. de consuet. in cap. fin. isto tit. Petr. Greg. de benef. cap. 18. num. 28.

Differunt igitur Canoniam & Præbendam, ut multis ostendit Sebastian. Casar. d. disp. 12. §. 6. ex num. 43. & Illustrissimus D. meus Rodericus à Cunha in comment. ad cap. sanctorum 2. num. 22. disp. 70. quia Canoniam est ius habendi sedem in choro ad cantandum, & legendum, ac vocem in Capitulo proueniens ex electione, seu receptione in fratrem, ut in cap. in Genesi, & ibi gloss. verbo *vel quasi*, de elect. gloss. in cap. velatum, & in cap. pro illorum, & in c. dilectus, il. 1. in fine, isto tit. gloss. verbo *receptum*, in cap. cum M. de consuet. Hostien. in summa huius tit. verbo *Canoniam*, gloss. in pragmat. sanction. tit. de elect. cap. sicut, §. quanta, verbo *Ecclesia*, & in tit. de collation. §. item censuit, verbo *præbendarum communis*, ut per Hoied. de incompatib. benef. p. 1. c. 12. num. 1. Petr. Gregor. de benef. c. 10. num. ult. Sed Præbendatus ex se non habet sedem in choro, nec vocem in Capitulo, & titulus Canoniam est receptio in fratrem, titulus verò Præbendæ collatio, ut in cap. cum in Ecclesiis, hoc tit. in 6. Card. consil. 103. Rip. lib. 2. respons. c. 33. num. 4. & in d. cap. cum M. n. 25.

Differunt

¹² Differunt etiam, quia præbenda spiritualis est beneficium Ecclesiasticum, cap. tua nobis, de verbor. significat. cap. ex multis, §. constituimus 1. q. 3. cap. inter cetera, cap. dilectus, il. 2. in fin. hoc tit. & in cap. fin. §. in illis, vers. præbendis, de concess. præbend. in 6. & in c. 1. ne Sede vacante, eod. lib. cum aliis adductis per Sebast. Cæsar. d. disp. 12. §. 6. n. 37. Canoniam vero non est beneficium, ut in cap. fin. §. in illis, atque ideo Canonici sine præbenda non potest dici beneficiarius, cap. in nostra, de rescript. ubi notarunt Abb. & Felin. Rip. ubi sup. n. 26. Rot. decis. 26. isto tit. in nouis. Sed quamvis Canoniam de per se beneficium non sit, præbet ius ad præbendam, quia recepto in Canonicum debetur præbenda, cap. reletum, isto tit. in 6. & sic præbenda descendit à Canoniam tanquam sequela, & filia à matre, ut docet Compotfel. in d. cap. cum M. col. 3. Guiljelm. de Monte Lauduno, & Cardin. Clement. fin. de præbend. q. 10. Prob. ad Monach. in rub. huius tit. in 6. n. 6. Hoied. ubi supra Rota decis. 1. de concess. præbend. in antiq.

¹³ Dignitatibus.] Dupliciter accipitur dignitas, in genere scilicet, & in specie; dignitas in genere significat honoris gradum, ut in l. 1. §. pen. ff. de ventre insp. & in l. 1. cum seqq. C. de dignitat. lib. 1. 2. gloss. verbo dignitas, in cap. demique, dist. 4. & verbo maiores, in cap. sedes, de rescript. gloss. 1. in cap. quia nonnulli, de cleric. non resident. & in hac significatione comprehendit sub se personatum, & officium, & differt ab illis tanquam genus à speciebus, Ludou. Gom. in cap. statum, n. 9. de rescript. in 6. Staphil. Hoied. & alij infra referendi. Dignitas vero in specie est illa, cui competit iurisdicção fori exterioris in institutione, vel ex consuetudine cum præminetia in choro, Capitulo, gloss. verbo dignitates, in Extravag. execrabilis, de præb. Ioan. XXI. Abb. in cap. de multa, n. 22. in fine, hoc tit. Selu. de benef. p. 1. q. 2. Rebuff. in praxi tit. seculare beneficium quatuorplex, n. 7. Rot. decis. 9. de præbend. in nouis. Aretin. consil. 23. num. 4. Duaren. lib. 2. de sacris Eccles. ministrat. cap. 6. Staphil. de literis gratia, tit. de modo, & forma impetrandi, &c. num. 2. cum seqq. Hoied. de incompatib. benefice. part. 1. cap. 7. num. 1. Petr. Greg. de benefice. cap. 10. num. 18. & lib. 17. syntagm. iuris, c. 3. num. 17.

¹⁴ De iure communi Archidiaconatus, & Archipresbyteratus tantum habent dignitatem ex solo nomine, Rot. decis. 9. Boët. d. decis. 286. num. 3. Aretin. consil. 23. quem refert Cardinal. Tusch. pract. concl. tom. 2. lit. D. conclus. 419. num. 15. & 16. Alij autem personatus, siue officia non sonant in nomen dignitatis de eodem iure communi, nisi consuetudo sit in contrarium, Aretin. ubi supra, Cardinal. Tusch. d. conclus. 419. num. 19. ut de Præpositura dicit idem Aretin. d. consil. 23. num. 5. & de Thesauraria firmant Rot. decis. 173. alias 8. siue 9. de præbend. in nouis, Aret. d. consil. 23. in princip. Abb. consil. 93. in princip. & per rot. lib. 2. Pavin. de potestate Capituli, Sede vacante. prælud. 2. col. 4. vers. quandoque autem, & de Decanatu Rot. & Aretin. locis proximè citatis, & de Præceptore idem Aretin. d. consil. 23. n. 6. & de Sacrista Zabarell. consil. 62. in princip. refero ego ipse in tract. de appellatua verborum utriusque iuris significat. appellat. 72. ex num. 3.

S V M M A R I V M.

- 1 Consanguinitatis iure non succeditur in bonis Ecclesiasticis.
- 2 Successio iure consanguinitatis non datur in bonis Ecclesiasticis.

Barbof. Collect. Tom. II.

³ Regressus in beneficiis sublatis sunt à Concil. Trident.

⁴ Populi appellatione non venit Clerus.

CAP. Ut nullus. I.

Ex Concil. Pictaviens.

Bona Ecclesiastica non acquiruntur iure consanguinitatis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Henric. Butr. Panorm. Cened. collect. 89. Flamin. Paris. Dec. Vivian. in ration. libri 3. iuris Pontif. pag. 53. Alagona in compendio iuris Canonici, pag. 372. remissive Ximen. in concord. part. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 1. Decretal. lib. 3. tit. 5. c. 3.

Collige ex text. in bonis Ecclesiasticis non dari successionem iure consanguinitatis, ut per Læl. de Zanchis de privileg. Eccles. privileg. 78. Flamin. Paris. de confident. q. 8. n. 9. Paul. Fusch. lit. B. sing. 21. Azeved. ad Curiam Pisan. lib. 4. c. 1. à n. 3. Spin. in speculo testam. gloss. 3. princ. a. n. 18. Cened. d. collect. 88. n. 1. Gonzal. ad regul. 3. Cancellar. gloss. 5. n. 33. ubi n. 34. asserit in Capellaniis, ad quas vocantur Clerici consanguinei, seu de familia, hoc locum non habere, cum beneficia Ecclesiastica non sint. Vnde regressus in beneficiis, quia habent speciem successionis hereditariae, & dant occasionem captandæ mortis, merito sublatis sunt à Concil. Trident. sess. 25. reformat. c. 7. ut aduertit Afoyl. Ricc. in praxi aurea, resol. 337. Vtrum valeat conditio posita in fundatione beneficii quod tale beneficium conferatur consanguineis, vide Lambertin. de inepatronat. lib. 1. part. 1. q. 9. princip. ex num. 109. & lib. 1. part. 2. in 2. art. 2. quæst. princip. ex n. 1. Calderin. consil. 4. de inepatronat. Ayman. consil. 63. n. 5. Hoied. de incompatib. benefice. part. 1. cap. 23. n. 132. & c. 24. n. 107. Sebast. Medic. de acquir. rerum domin. gloss. 1. part. 3. num. 352. Azeved. d. 1. 4. n. 13. tit. 3. lib. 1. noua recop.

De Clero siue Populo.] Ergo appellatione Populi non venit Clerus, vide tamen Callan. in consuetud. Burgund. fol. 362. num. 1. & 2. Tiraq. de retractu lign. §. 1. gloss. 8. num. 33. Gregor. l. 5. verbo in Clerico, tit. 2. part. 1. Perez l. 1. tit. 3. lib. 1. Ordinem. pag. 62. Valasc. consil. 100. num. 5. Bellet. disquisit. clerical. part. 1. tit. de disciplina clericali, §. 2. n. 12. Surd. consil. 301. n. 7. plures per Carol. de Grassis de effectibus clericali. in prælud. n. 373. & latè metipsum in tract. de appellatua verborum utriusque iuris significat. appellat. 205. ex num. 1.

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopo non licet aliquem ordinare sine titulo.
- 2 Patrimonium ad minores Ordines de consuetudine non requiritur.
- 3 Clericorum appellatione in maioribus, & minoribus Ordinibus constituitur continentur.

CAP. Non liceat. II.

In corpore Canonum.

Episcopo non licet ordinare Clericos, nisi vel habeant titulum, vel ipse Episcopus illis det unde viuunt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. D 3 Innoc.

42 Collectanea Doct. in lib. III. Decretal.

Innoc. Collect. Zabab. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Butr. Henric. Dec. Panorm. Viuian. in ration. lib. 3. in iuris Pontif. pag. 43. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 372. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. Ang. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 5. cap. 1.

Ordinare Clericos, &c.] Ergo etiam ad minores Ordines requiritur titulus, pro ut etiam colligitur ex cap. neminem. c. dist. 8. ex gloss. 1. ibi, & fatetur Nan. conf. 14. n. 1. de temper. ordin. Soar. tom. 5. de censuris, disp. 3. 1. sect. 1. n. 31. De consuetudine tamen contrarium servatur, ut attestatur d. gloss. 1. hic, communiter recepta ex Dec. n. 19. quod videtur approbare Concil. Trid. sess. 21. de reform. c. 2. ubi solum ad sacros Ordines requiritur titulus, & ita posse iam hodie primam Tonitram, aut quatuor minores Ordines ambientem absque titulo ordinari, refertur Salzed. ad Bernard. in pract. c. 1. d. n. 5. Vgolin. de irregul. c. 61. n. 2. Fr. Emman. in summa, tom. 2. c. 15. n. 16. Quintanad. Eccles. lib. 3. n. 1. Petr. de Ledesm. in summa, p. 1. de Sacram. Ordinis, c. 7. ad fin. Flamin. de resign. benef. lib. 2. q. 6. n. 4. Nicol. Garc. de benef. p. 2. c. 5. n. 4. & 5. Aloy. Ricca in praxi verum fori Ecclesiast. resolut. 271. num. 3. in 2. edit. Campanil. in diuersorio iuris Canon. rubr. 8. cap. 1. num. 5. quos refert ego ipse de officio, & potest. Episcopi, p. 2. alleg. 19. num. 1. D. Mar. Cutel. de donat. inter patrem, & fil. tract. prima discurs. 2. p. 12. num. 3.

In gloss. Clericos, ibi, appellatione Clericorum in minoribus Ordinibus, & maioribus constituti continentur. Vide Abb. in rubr. de vita, & honest. Cleric. n. 8. Roland. conf. 16. a. n. 10. vol. 4. Bellet. disquisit. Cleric. p. 1. tit. de disciplina Cleric. §. 2. n. 2. Dec. in tract. crimin. p. 1. lib. 3. c. 10. n. 22. Cenal. commun. contra commun. q. 52. 4. n. 6. plures per Carol. de Grassis de effect. Cleric. in pralud. n. 23. 2. Viu. tom. 1. commun. opin. lib. 9. tit. 24. n. 40. pag. 576. ubi etiam quod in materia fauorabili appellatio Clericorum veniunt etiam Canonici, & Clerici in dignitate constituti, & alij Prælati, secus in odiosa, de quo etiam Put. decif. 92. num. 2. lib. 3. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 11. q. 15. Soar. commun. opin. verbo Clericus, n. 125. Troyl. Maluel. in tract. de canonizar. Sanctorum, dub. 2. n. 35. Zerol. in praxi Episcopi, p. 1. verb. Clericus, §. 1. in similitate Carol. de Grassis in el. pral. a. n. 262.

S V M M A R I V M.

- 1 Bona Ecclesiarum communia sunt, nec debet quisquam tanquam propria sibi vendicare.
- 2 Bona Ecclesiarum deputata sunt communi Ecclesie utilitati, & publico vsui spirituali.
- 3 Beneficiarius vane ac male consumens fructus beneficii, non tenetur ad restitutionem, quamvis peccet mortaliter.

CAP. Ratio. III. Greg.

Bona Ecclesiastica cum sunt data pro communi utilitate, nemo debet applicare vlibus propriis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabab. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Anchar. Butr. Panorm. Dec. Viuian. in ration. lib. 3. in iuris Pontif. pag. 44. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 373. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. defumitur ex D. Greg. lib. 1. epist. 29. siue 31. c. 3. 1. indult. 7. registri, & refertur ab Anton. Aug. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 5. cap. 2.

Pro communi utilitate, &c.] Notatur ad hoc, quod bona Ecclesiarum deputata sunt communi Ecclesie utilitati, & publico vsui spirituali, ut per Bellet. disquisit. Cleric. p. 1. tit. de exemptionibus Clericorum, & eorumdem bonorum, §. 1. n. 14. Vnde Archid. ad c. 1. dist. 44. n. 5. resoluit Clericos beneficiarios teneri ad restitutionem illorum fructuum, quos voluptuose consumunt, non facientes seruitium, vel facientes non debito modo, quia ista sunt Ecclesie oblata, ut pro ipsis offerentibus oretur, & inde pauperes alantur, hoc dictum cum aliis, quos citat, dicit celeberrimum Rip. de peste ill. de remedijs ad conservandam vrbem, n. 151. Verum communis sententia est in contrarium, resoluens beneficiarium vane, ac male consumentem fructus beneficii non teneri ad restitutionem, quamvis peccet, & quidem mortaliter, non contra iustitiam, sed contra charitatem, seu misericordiam, si in notabili quantitate id faceret, & excessus esset magnus, quam sententiam tenent Martil. Columna in tract. de Eccles. reddit. ex c. 25. Con. in cap. cum effectus, de resam. Molin. de primog. lib. 2. c. 10. a. n. 46. alter Molin. de institut. 2. dist. 142. Guier. pract. lib. 1. q. 114. Nicol. Garc. de benef. p. 2. c. 2. n. 5. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 7. c. 8. q. 1. Fr. Emman. quest. Regul. tom. 3. q. 74. art. 4. Zerol. in praxi Episcopi, p. 1. verbo Clericus, §. 1. c. Paul. Comitol. respons. moral. lib. 1. q. 71. & alij citati a Cened. ad Decret. collect. 2. n. 5. Fr. Ant. Molin. Carthus. in instit. Sacerd. tract. 2. c. 15. & seq. Lessi. de iustitia, lib. 2. c. 4. dub. 6. & c. 19. dub. 4.

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopus, qui ordinavit aliquem ad sacros Ordines sine titulo, tenetur ei providere de suo, donec aliquem titulum fuerit assequutus, & n. 2.
- 2 Amplia in Episcopi ordinantis successore ipso mortuo, & in Capitulo, Sede vacante.
- 3 Episcopus Ordines conferens ei, qui iam in sacro Ordine constitutus erat sine titulo, tenetur ei providere de suo.
- 4 Dimissorias literas ad sacros Ordines dans non habenti patrimonium, tenetur ei providere de suo.
- 5 Clericus potest redditis beneficii consumere in suis alimentis, & fructus patrimonij reservare.
- 6 Ordinans non tenetur ad alimenta ordinari sine patrimonio, nisi in subsidium.
- 7 Episcopus tenetur Clerico pauperi ab eo ordinato sine patrimonio providere de necessariis secundum redditus Ecclesie, & qualitatem, ac dignitatem ordinari.
- 8 Patrimonij bona ad cuius titulum fuit quis ordinatus, habent privilegia, que conceduntur a iure bonis Ecclesiasticis, saltem interim quod non extinguitur per adeptionem beneficii.

CAP. Episcopus. IV. Alex. III.

In Concil. Lateran.

Episcopus si aliquem ordinat in Diaconum, vel Presbyterum, qui non habet ex sua, vel paterna hereditate unde vivat, subministrare debet illi necessaria, donec assignet aliquem titulum in Ecclesia unde vivat. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabab. Bellam. Io. Andr. Anan. Imol. Host. Henric. Anchar. Butr. Dec. Panorm. Cened. collect. 33. Viu. in ration. lib. 2. terij iuris Pontif. pag. 44. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 373. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur

De Præbendis, & Dignitatibus, Tit. V. 43

refertur ab Anton. August. collect. 1. Decretal. lib. 3. tit. 5. c. 5.

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Vgol. de offic. & potest. Episcopi. c. 26. §. 2. n. 1. Anchar. per text. ibi in cap. cum secundum notab. §. infra hoc cod. tit. Anton. Cord. de Lara in l. si quis à liberis, §. et si impubes, n. 33. ff. de liberis agnosce. Marien. l. 1. §. 9. n. 8. tit. 6. lib. 5. noue. recop. Flamin. de resignat. benefic. lib. 1. §. 6. n. 5. Surt. de aliment. tit. 7. §. 37. Cened. ad Decret. collect. 33. n. 1. Ego ipse de offic. & potest. Episcopi, p. 2. alleg. 20. à n. 3. vbi multipliciter ampliat.

Episcopus. Vel eius successor ipso mortuo, vel Capitulum, Sede vacante, si tali promotioni non resistit, vt tenent Henric. in sum. lib. 10. c. 17. §. 4. in commento lit. F. Bonac. de Sacram. disp. 3. quest. vnic. puncto 5. n. 17. vers. respondeo secundo, optime Campanil. in diuersorio iuris Canon. rub. 8. cap. 5. num. 21. vt aduertit quod si Episcopus loco renuntiauerit, quia translatum ad alterius Ecclesiæ regimen, vel si loco & dignitati cessit, non constringeretur alimenta præstare ordinato sine titulo, qui ordinantis locum subfortitus fuerit, sed ipsemet ordinator, quamvis & tali egressus loco, & Ecclesiæ, quod etiam tenet Vgol. d. §. 15. vers. sexto excipitur, & refero ego ipse d. alleg. 20. n. 23.

In Diaconum, vel Presbyterum. Ergo Episcopus Ordinem conferens ei, qui iam in sacro Ordine constitutus erat sine vilo titulo, tenetur ei providere de suo, cum alios Ordines sacros non habenti titulum conferre non deberet, tum etiam, quia iura simpliciter prohibent promotionem ad sacros Ordines sine vero titulo, ita decisum referunt Portnar. de sacram. Ordinib. c. 8. n. 10. Bonac. d. quest. vnic. puncto 5. n. 30. Quarant. in summa Bullar. verbo Ordo, vers. an vero, Vgol. d. num. 5. vers. tertio. Ego ipse d. alleg. 20. n. 22.

Ordinauerit. Vel literas dimissorias dederit ad sacros Ordines non habenti vnde viueret, nam eadem ratio est in ipso ordinante suum subditum, quæ in dante huiusmodi dimissorias, vt post Prosper. de August. in addit. ad Quarant. resoluit Vgol. d. §. 15. n. 1. vbi etiam in vers. verum, dicit quod si Episcopus alteri Episcopo committat generatim nullis personis expressis, vt suo nomine Ordines in sua Diocesi celebret, & is, cui id commissum est, titulum non habenti Ordinem sacrum contulerit, tenebitur ad necessaria vitæ præstanda, non autem, qui commisit, quia in culpa fuit non inuestigando an haberet titulum, per cap. si Episcopus, hoc tit. lib. 6.

Stipendia militie clericalis, &c. Ergo Clericus potest redditus beneficii consumere in suis alimentis, & fructus patrimonij reservare, de quo vide Greg. l. 12. verbo rentas, tit. 28. p. 3. Nauar. cons. 65. hoc tit. in antiq. alias cons. 1. de vita & honestate cleric. in nouis, Sayr. in floribus decis. sub hoc titulo, de prob. decis. 68. Menoch. de arbitr. casu 195. num. 5. Viuian. tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 2. num. 41. pag. 155. D. Barbof. in l. diuortio, in princip. p. 2. n. 67. ff. solutio matrim. Flamin. de resign. benefic. lib. 5. quest. 6. num. 542. Surt. de aliment. tit. 7. §. 12. num. 11. Azor. in sum. moral. p. 2. lib. 7. c. 9. §. 13. & lib. 8. c. 3. §. 11.

Nisi talis ordinatus, &c. Ergo ordinans non tenetur ad alimenta ordinati nisi in subsidium, vt per Surt. de alm. tit. 7. §. 37. num. 6. vbi num. 7. quod pauper non dicitur, qui habet à quo petere possit alimenta: vnde si ille ex arte, vel operis se alit, nec poterit petere ab Episcopo alimenta præteriti temporis, vt resoluit idem Surt. eod. tract. de aliment. tit. 7. quest. 1. num. 34. Attento tamen noniori iure Concil. Trident. sess. 21. de reform. cap. 3. quod vult patrimonium verè obtineri, & non fictè, ordinandus non est quis, etiam si haberet patrem diuitem nihil assignantem pro victu,

& portione, prout tenent Flamin. d. §. 6. n. 28. Vgol. d. cap. 26. §. 9. n. 3. Campan. d. rubr. 8. c. 5. n. 3. Ego ipse d. alleg. 20. n. 60.

In gloss. Necessaria, ibi, consideratis facultatibus Ecclesiæ, &c. Notatur ad hoc quod Episcopus tenetur Clerico pauperi ab eo ordinato providere de necessariis secundum redditus Ecclesiæ, & qualitatem, ac dignitatem ordinari, vt per Surt. de aliment. tit. 4. §. 18. n. 32. Menoch. de arbitr. casu 169. num. 14. Flamin. de resignat. benefic. lib. 5. §. 6. n. 135. Steph. Gratian. discept. forens. c. 112. n. 12. Episcopus autem, vt rectè arbitretur congruam summam pro huiusmodi titulo concedenti, & necessario, quæ debeat attentè rimari, refero ego ipse d. p. 2. alleg. 19. num. 12. vbi plures refero Doctores.

In gloss. Subsidium, vlt. ibi, & talis censetur in persona, & rebus gaudere privilegio clericali. Notatur ad hoc quod bona patrimonij, ad cuius titulum fuit quis ordinatus, habent privilegia, quæ conceduntur à iure bonis Ecclesiasticis, vt per Couar. lib. 1. var. cap. 4. n. 4. Lat. in l. si quis à liberis, §. solent, n. 36. ff. de liberis agnosce. Viu. tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 2. n. 52. pag. 157. Cald. Pereira in l. si curatorem, verbo laesit, n. 131. & seq. Spin. d. gloss. 18. princ. n. 72. Menoch. remed. 15. recap. num. 12. Zerol. in prax. Episcop. part. 1. verbo clericus, pag. 71. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 5. §. 10. num. 14. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 159. num. 27. nouissimè, me citato, in hoc loco, D. Mar. Cutel. de donat. inter parrem, & fil. tract. prime discurs. 2. part. 12. n. 30. pag. 371. & saltem interim quod non extinguitur per adeptionem beneficii Ecclesiastici, Spin. in speculo testam. gloss. 18. princ. n. 72. Azmed. l. 1. n. 9. tit. 4. lib. 1. noua recopilat. Cenal. communium contra communes, §. 527. n. 4. quos refert, & sequitur Cened. practic. & canon. quest. lib. 1. §. 12. n. 9. Vnde pro collectis non esse obligata resoluit Marc. Anton. var. resol. lib. 1. resol. 88. Decimam tamen de eis teneri clericum soluere addipulatur Aloyf. Rice. in praxi rerum fori Ecclesiasticar. decis. 605. in 1. edit. & resol. 529. in 2. edit.

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopi non debent permittere quem plures Ecclesiæ obuiuere.
- 2 Ambitio quid sit remissuè.
- 3 Dispensatio, an & quando admittat extensionem, ostenditur.
- 4 Clericus habens duas Ecclesias in diuersis Episcopatibus, ab vnoquoque illarum Antistite ad Ordines promoueri potest.
- 5 Beneficia plura Ecclesiastica ex dispensatione Apost. potest quis habere.

C A P. Quia in tantum. V.

NVllus debet habere plures Ecclesias, quia hoc incertum periculum animarum continet, sed per eas Clericis indigentibus subueniendum est aptis ad inserviendum Ecclesiæ. Colligunt ex Ordinari. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hostien. Henric. Anchar. Butr. Panorm. Dec. Viuian. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 45. Alagoña in compendio iuris Canonici, pag. 373. remissuè Ximen. in concord. p. 1. & 2. desumitur ex Concil. generali Lateran. cap. 14. refertur ab Anton. August. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 5. c. 6.

Ambitio. De ambitione vide Cosm. in proemio 2. pragmat. sanct. §. prob. dolor, verbo ambitionis, fol. 28.

D 4

Caflan,

44 Collectanea Doct. in lib. III. Decretal.

Callan. in catalogo gloria mundi, p. 1. confid. 60. fol. mibi 36. Lc. de instit. lib. 3. c. 2. dub. 3. n. 21. vbi dicit ambitionem esse inordinatum appetitum honoris, & in opusculo de summo bono, c. 9. m. 5. dicit quod ambitiosi animus nunquam est quietus, semper enim occurrunt noue occasiones vel timendi, vel indignandi, vel vindicandi, vel acceptandi, vel sollicitandi, vel nullum mare sit magis instabile, aut maioribus agitur motibus, refert alia plura adducunt Ioan. Anton. Massobr. in sua praxi habendi concursus prel. 2. 5. dub. 1. 3. num. 57. secundum Rom. Imp. De ambitione multa complectitur S. Bernard. serm. 6. in Psal. 90. Qui habitat. Ambitio, inquit, subtile malum, secretum virus, pestis occulta, doli artifex, mater hypocrisis, liuoris parens, vitiorum origo, criminum fomes, virtutum arugo, tinea sanctitatis, excecatrix cordium, ex remediis morbos creans, generans ex medicina languorem. Et S. Ambr. lib. 4. in Luc. c. 4. sic ait: Hoc ipso perniciosior ambitio, quod blanda quadam est conciliatricula dignatum, & sepe, quos vitia nulla delectant, quos nulla potuit mouere luxuria, nulla auaritia subruere, facit ambitio criminofos. E. propter ambitionem plerique Sacerdotes percutiunt. S. Ioan. Chrysost. in Apostolicis actus, hom. 3. nam ambitio morae impatiens in suum, atque alienum ruit exitium. D. Greg. lib. 3. dial. c. 9. plures alias auctoritates cumulat Gilbert. Schenck. de Ecclesiasticorum vita, & moribus, lib. 2. c. 2. 5. & c. 37.

3 In gloss. Plures, 1. ibi, quia ex quo cum eo dispensatur in Ecclesia per consequens in omnibus accessoris dispensatur. Notatur ad hoc quod dispensatio licet regulariter non admittat extensionem, extenditur tamen ad ea, quae sunt connexa & annexa, & ad consequentia, & dependentia, vt per Surd. de aliment. tit. 9. q. 3. n. 58. Hinc dispensatio ad plura beneficia extenditur ad licentiam non recedendi in vtroque, sed in solo altero, vt per Abb. hic n. 4. Mandos. ad reg. 20. Cancell. q. 7. num. 3. Sayr. de censuris, lib. 7. c. 14. n. 21. Felin. Angl. Syluest. Gamb. & alios, quos refert, & sequitur Sanch. de Matrim. lib. 8. disp. 1. n. 19. Hinc etiam minor dispensatus ad beneficium curatum, censetur etiam dispensatus ne teneatur intra annum ad Sacerdotium promoueri, ita Borgas. de irregul. p. 1. tit. de interpret. dispensationis, 5. Gambar. de auctoritate legati, lib. 10. n. 232. Surd. d. tit. 9. q. 44. n. 43. Sanch. d. n. 19. in fine.

4 In ead. gloss. ibi, Et si qui habet duas Ecclesias in diuersis Episcopatibus, vtroque intelligitur habere domicilium. Et ideo ab vnoquoque illorum Antistite ad Ordines promoueri sine dubio posse resolvunt Anchar. in cap. cum nullus, n. 1. vers. circa secundum, de tempot. ordin. lib. 6. Campan. in diuersorio iuris Canon. rubr. 9. c. 8. n. 14. Ego ipse de officio & potest. Episc. p. 2. alleg. 4. num. 59.

5 In gloss. Animarum, vlt. ibi, nisi per dispensationem obtineant illas. Notatur ad hoc quod per dispensationem potest quis habere plura beneficia Ecclesiastica, vt per Duen. reg. 71. vers. secundo fallit, Flamin. de resignat. lib. 3. q. 1. n. 87. Apostolica scilicet, nam absque illa duos simul Canoniciatus per triennium, & ultra detinens vtroque ipso iure est priuatus, vt per Nicol. Garc. de benefic. p. 1. c. 5. n. 321. in 3. declarat. Armendar. in addit. ad recopil. legum Nauarra, lib. 3. tit. 7. l. 2. de benefic. incompat. n. 43. quos refert de officio, & potestate Episcopi, p. 3. alleg. 62. n. 29. vbi à principio allegationis disputatur an Episcopus dispensare possit vt quis habeat plura beneficia simplicia residentiam non requiritur.

S V M M A R I V M.

- 1 Papa ad mandatum non tenetur quis providere illi, qui beneficium in literis tacuit, vel sine scandalo prouideri non potest.
- 2 Gratia Apostolica cum scandalo non est exequenda.
- 3 Index, vel officialis non debet exequi Principis, aut alterius superioris iniustum preceptum, quando illud exequendo timeretur de vniuersali scandalo.
- 4 Beneficium se nullum habere dicens, cum habuerit tenue, non valet litera.

C A P. Cùm teneamur. VI.

Papa quando mandat, vt prouideatur alicui de beneficio, tunc si ille habet beneficium sufficiens, & vel in literis non fiat mentio, vel non potest ei prouideri sine scandalo, vel non est exequendum tale mandatum. Colligitur ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hostiens. Anchar. Henric. Butr. Panorm. Dec. Viuian. in ration. lib. 3. inris Pontific. pag. 45. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 373. remissive Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 2. Decretal. lib. 3. tit. 5. cap. 8. & est post Concil. Lateran. p. 306. l.

Aut si non potest ei sine scandalo prouideri. Notatur ad hoc quod gratia Apostolica cum scandalo non est exequenda, vt per Azcued. l. 1. 4. n. 29. tit. 3. lib. 1. noue recopil.

Equanimiter susinemus, &c. Notatur ad hoc, quod iudex, vel officialis non debet exequi Principis, aut alterius superioris iniustum preceptum, quando illud exequendo timeretur de vniuersali scandalo, vt per Jacob. de Grassi in aureis decis. p. 2. lib. 3. c. 2. 5. n. 8. Farin. in praxi crimin. p. 3. q. 97. n. 36. vbi à n. 25. resoluit iudicem, siue officialem non teneri obedire Principis, aut alterius superioris precepto iniusto, de quo etiam plures citauit Doctores ad c. si quando, n. 2. sup. de rescript. pag. 35. & ad c. si quis 2. de maior. & obed.

In gloss. Commode sustentari, ibi, si verò dixisset se nullum beneficium assequutum cum habuerit tenue, non valet litera. Ita Azor. instit. moral. p. 2. lib. 6. c. 10. q. 3. quem citauit ad cap. si proponente 42. n. 2. pag. 69. sup. de rescript.

S V M M A R I V M.

- 1 Ecclesias plures habens, alteram eligere, & alteram dimittere compellitur.
- 2 Metropolitanus, & Archiepiscopus non differunt.
- 3 Appellandi omisso medio consuetudine extante appellatio non gradatim fieri potest.
- 4 Declaratur text. in presenti.
- 5 Distinctio, incunctanter, ad pena executionem latam sententiam continere debet.

C A P. Referentes. VII.

Ecclesias duas habens, alteram quam vult retinere potest, alteram verò dare debet Ordinarius idoneo non habenti aliam Ecclesiam. Colligitur ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Viuian. in ration. lib. 3. iur. Pontific. pag. 46. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 374. remissive Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decretal. lib. 3. tit. 5. c. 9. & est post

post Concil. Lateranens. sub Alexand. III. l. part. 30. cap. 1.

² Ad Metropol. videlicet Remen. Archiepisc. Ergo Metropolitanus, & Archiepiscopus non differunt, ut per Rebuff. in praxi benef. tit. de constit. verbo Metropolitanus pag. mibi 521. de quo vide quæ dixi de offic. & potest. Episc. p. 1. tit. 1. c. 7. n. 12.

³ Appellavit. Iuxta consuetudinem appellandi omisso medio, quæ extante appellationem non gradatim posse fieri tenent Marant. de ord. iudic. p. 6. act. 2. princ. verbo, & quandoque appellatur, lim. 5. num. 374. Rebuff. tom. 3. ad leges Gallie, tit. de appellat. art. 2. gloss. unic. n. 16. Sigisf. in tract. de appellat. q. 7. n. 93.

⁴ Una, quam voluerit, relicta, &c.] aduertit Valer. Reginald. in praxi fori penitent. lib. 30. tract. 3. n. 309. in fine, textum in præfenti dum probat, habenti duo beneficia curata, dari optionem retinendi quod maluerit, intelligendum esse ne pugnet cum cap. de multa, in fine, loc. tit. quando utrumque beneficium eidem conferretur eodem tempore, neque constare potest quod primum sit, & quod secundum. Verum facilius Azor. in lib. moral. p. 2. lib. 6. c. 13. q. 1. & Nicol. Garc. de benef. p. 1. c. 5. n. 2. respondent quod attentò tempore huius tex. (quod erat ante Concil. Lateran. sub Alex. III.) dabatur optio obtinendi duo beneficia curata vel dignitates, seu alias incompatibilia, ut vnum retineret, & alterum dimitteret, & non vacabat primum ipso iure per affectationem alterius, nec priuabatur secundo, si utrumque retinere præsumpserit, ut postea constitutum fuit in Concilio generali Lateran. de quo in cap. de multa.

⁵ Incunctanter assignes.] Dicitur enim, incunctanter, ad pœnæ executionem latam sententiam continere censetur, ut per Sayr. in Clavi Regia, lib. 3. c. 8. n. 27.

S V M M A R I V M.

- 1 Præbende, & dignitates non debent diuidi, nec etiam permutari.
- 2 Beneficia diuidi non possunt.
- 3 Prohibitio generalis etiam minima comprehendit.
- 4 Argumentum de toto ad partem valet.
- 5 Præbenda una potest diuidi in duas cum vacat, si facultates sufficiant.
- 6 Duo in vnam præbendam eligi non possunt.
- 7 Permutatio dignitatum sine auctoritate superioris fieri non potest.

C A P. Maioribus VIII.

¹ Beneficiorum etiam minorum præbendæ non sunt diuidendæ, nec est faciendæ permutatio dignitatum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Henric. Panorm. Butr. Dec. Viuian. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 46. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 374. remissive Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 5. c. 10.

² Ut minorum Clericorum præbendæ, &c.] Notatur ad hoc quod beneficia diuidi non possunt, ut per Bursar. conf. 185. lib. 2. Rebuff. in repet. c. extirpanda, §. qui vero, notab. 6. an 3. modo percipiendi fructus, in fr. hoc tit. de pacificis possess. n. 104. Valer. Reginald. in praxi fori penit. lib. 30. tract. 1. n. 247. vers. quarto, Flamin. Paris. de resignat. benef. lib. 6. q. 1. num. 4. & num. 38. Nicol. Garc. de beneficiis p. 1. c. 4. à prin. vbi ad hoc refert decisiones Rotæ in vna Calaguritana beneficij de Ondategui 28. Martij 1583. coram Illustriss. Cardin. Lancellocto, &

in alia Calaguritana beneficij de Ariola 18. Iunij 1593. coram D. Gypilio.

Ita quoque in minimis.] Notatur ad hoc quod generalis prohibitio etiam minima comprehendit, ut per D. Barbosa. in l. cum prator, §. 1. n. 112. ff. de iudic.

In gloss. In minimis, ibi, idem est iuris in parte, quod in toto. Argumentum enim de toto ad partem valet, Euerard. in topicis legal. loco 80. Cantiunc. loco 5. Petr. Andr. Gammar. in dialectica legali, lib. 1. loco. 4. Thom. de Thomassetis in floribus legum, reg. 46. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præf. 35. n. 27. Surd. conf. 435. n. 21. Flamin. de confident. q. 27. n. 106. Cardin. Tusch. tom. 1. lit. A. concl. 499. Intellige vbi datur eadem ratio. Menoch. conf. 72. n. 5. Surd. conf. 193. n. 6. & d. conf. 435. num. 21. Bertazol. tract. clausul. instrument. claus. 11. gloss. 19. n. 1. Card. Tusch. d. conclus. 499. n. 3 vbi asserit quod quando est eadem ratio in parte quoad partem, valet argumentum de ratione totius ad totum, & n. 4. quod è contra non valet argumentum de parte ad totum, quia qui potest partem, non potest totum, Richard. ad princ. Instit. de heredit. quæ ab intestato defer. cap. de represent. num. 42.

In gloss. Diuisionem, ibi, ex infra causa potest vna præbenda diuidi in duas cum vacat, si facultates sufficiant. Vide Nicol. Garc. d. c. 4. n. 3.

In ead. gloss. ibi, sed duo ad vnam præbendam eligi non possunt. Vide Cald. Pereira de en. p. c. 26. n. 22.

In gloss. Dignitatum, vlt. ibi, permutatio dignitatum, apt. etiam præbendarum sine auctoritate superioris fieri non potest. Vide quæ ego ipse de offic. & potest. Episcopi, p. 3. alleg. 69. n. 9. cum seqq.

S V M M A R I V M.

- 1 Receptus in Canonicum ex promissione Capituli, debet quando facultas se obtulerit, habere præbendam.
- 2 Expectatiue ad præbendam primo vacaturam concedi possunt in consequentiam promissionis de canonicatu.
- 3 Declaratur text. in cap. dilectus 19. hoc tit.
- 4 Declaratur text. in cap. tuar, & in cap. dilecto, hoc eod. tit.
- 5 Gratificatio tunc demum inducitur, quando quis confert beneficium in illum, ad quem debebat necessario peruenire.
- 6 Liberalis nemo existit in necessitatibus.
- 7 Beneficij collatio non est in se vera donatio, sed potius ex necessitate iuris, & officij.
- 8 Beneficium conferre licet sit præsum, & necessarium, conferre tamen magis vni, quam alteri est voluntarium, & gratiosum.

C A P. Relatum. IX.

¹ Receptus in Canonicum, & habens potestatem in officiis ut canonicus, si ei promissa est præbenda, debet Episcopus illi providere de præbenda, quæ vacat, vel primò est vacatura, quia non est congruum eum præbenda carere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anchar. Host. Henric. Anan. Butr. Panorm. Dec. Viuian. in ration. libri 3. iuris Pontif. pag. 47. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 374. remissive Ximen. in concord. p. 12. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 5. c. 11.

Et à te habuit in promissis de conferenda, &c.] Quamvis Ecclesiastica beneficia cuiquam danda, aut promittenda ab inferioribus Prælatibus non sint, antequam vacent, ne desiderare quis mortem proximi videatur cap. 2.

BARBOSA
In Ius Can
Vol. 235
GV
18

c. 2. de concess. preb. expectantur tamen ad Ecclesiastica beneficia concedi poterunt in consequentiam provisionis de canonicatu, etenim si aliquis per eos in Canonicum recipiatur, poterit ex vi generalis promissionis etiam ab ipsis consequenter facta obtinere prebendam primò vacaturam, alioquin non impediam, sicque in his terminis locum non habebit generalium expectatarum prohibitio, de qua in d. c. 2. de concess. preb. cum similibus. Ratio est, quia hæc prohibitio procedit solum in expectantiis, & promissionibus factis ab homine, non verò à lege, ut exprimunt verba eiusdem text. ibi, *qui promittunt*, &c. & ibi *promissiones suas*, &c. promissio autem hic facta recepto in Canonicum non censetur in effectu facta ab homine, sed à lege, quippe quòd per eam nihil aliud, neque alio modo expressum supponitur, nisi ius illud, quod ad præbendam vacaturam sic receptus habet ex promissione, & necessitate eiusdem legis, iuxta text. in cap. cum M. de confit. & in cap. si postquam, hoc tit. lib. 6. aduertit Valasc. conf. 72. à n. 12. Vnde ea promissio operatur potius ut legis, quam ut hominis, iuxta reg. text. in l. 2. ff. de delegatis. 1. quam obseruat cum pluribus Duen. reg. 285. post alios Valasc. d. conf. 72. à n. 11. & ita ex hac ratione procedunt text. in presenti, & in cap. cum super 8. de concess. preb. cum similibus; ut in effectu post Anch. resoluit Dec. hic n. 4. quicquid oppositum, imò quòd prædicta præbenda in his terminis deberi nequeat ex vi prædictæ generalis promissionis, sed solum receptionis antecedentis teneat minus bene communis ex Abb. & aliis, ut per Dec. ubi proxime, loquuta sanè contra expressa verba huius text. ibi, & ante habuit in promissis, & ibi, *secundum promissionem tuam*, &c.

Non obstat text. in cap. dilectus 19. hoc tit. quia respondetur promissionem, de qua ibi, non fuisse factam in consequentiam receptionis in Canonicum, sed potius principaliter ante ipsam, fuit enim facta in ipsam compositionem, quam ibi constat intercessisse ante dictam receptionem, & ita facta fuit non à lege (hæc enim eam non facit, nisi intercedente prius receptione, ut constat ex eodemmet cap. dilectus, vers. Not. ibi, ut receptus in Canonicum, &c.) sed ab homine, unde nil mirum, si ut talis obuiare censetur Concil. Lateran. ut idem text. inquit, quem ita post Imol. bene intelligit Dec. hic n. 4. & 5.

Nec etiam obstat text. in cap. tua, & in cap. dilecto, vers. si verò, hoc tit. dum videntur probare quòd nec etiam ratione prædictæ receptionis potest receptus expectare consequenter præbendam primò vacaturam, quia licet Dec. qui hoc dubium mouet, d. n. 5. illud non soluat; licet item alij eorum iurum decisionem tribuant nullitati receptionis, de qua ibi, parum aduertentes hoc admissio sequi Summos Pontifices ibidem ineptè considerasse alterum manere sub expectatione præbendæ, quippe quòd supposita prædicta nullitate, si ea ibi adesset, præbendam illi deberi non posse ex vi huiusmodi receptionis planum erat, ex reg. 1. non dubium, C. de legib. cum vulgarib. Respondere poteris illa iura prohibere non quidem expectationem præbendæ primò vacaturæ in genere, de qua nos loquimur, sed in indiuiduo, idest, certi hominis, ut patet ex eo, quia eadem iura loquuntur, quando duo expectabant eandem præbendam in indiuiduo, ad quam simul fuerant electi, & ad hanc electionem reprobandam Summus Pont. ibid. arguit à vitando duplici absurdo, tandemque concludit, nec utrique eam præbendam fore assignandam ex ratione de qua ibi, nec etiam alteri tantum, ne contingat alium manere sub expectatione præbendæ, videlicet eiusdem post mortem coelecti obtinendam ex vi præcedentis ele-

ctionis, quod cum ita sit, nihil mirum si huiusmodi expectatio etiam ex vi præcedentis in Canonicum receptionis in illis iuribus censetur prohibita à Conc. Lateran. de quo in d. c. 2. cum similibus, cum constet ab eo prohibitam esse quamcunque expectationem beneficij vacaturi per mortem certi hominis.

Concedas liberaliter, &c.] Notatur hic text. ad hoc iuncta glossa, quòd gratificatio tunc demum inducitur, quando quis confert beneficium in illum, ad quem debeat necessariò pertinere, ut per Molin. de primog. lib. 2. c. 4. n. 13. Cald. Pereira de reuocat. emphyr. q. 17. n. 24.

In gloss. Liberaliter, ibi, in necessitate non est liberalitas. Notatur ad hoc quòd in necessitatibus nemo liberalis existit, ut per Tiraquell. in l. si unquam, verbo donatione largitus, n. 106. C. de reuocandis donat. Gam. Lustr. decis. 71. n. 3. Pichard. ad rubricam, de adoption. num. 43. Valasc. consult. 152. num. 24. & plures per me citatos in tract. Axiom. iuris vsusfreq. Axiom. 157. num. 4.

In ead. gloss. ibi, Imò videtur quòd ex necessitate, &c.] Notatur ad hoc quòd collatio beneficij non est in se vera donatio, sed potius ex necessitate iuris, & officij, ut per Conlib. 3. var. c. 16. n. 1. & in cap. quamvis pactum, p. 2. §. 4. n. 15. Molin. de primog. lib. 2. c. 3. n. 13. Cald. Pereira de potest. elig. c. 16. n. 5. col. 2. inferentes ad varios, & viles effectus in materia beneficij: donatio tamen secundum quid dici potest beneficij collatio, videlicet habito respectu ad beneficium, cui gratiam facit conferens, dum illum potius, quam alium liberè eligit, quin illum potius quam alium eligere tenetur, ut post hanc gloss. communiter resolunt Doctores supra citati, sic intelligentes verba text. in cap. consultationibus, de donat. ibi, donationes, vel concessiones Ecclesiarum, & in cap. venerabilis, hoc tit. ibi, Ecclesia, &c. iuncto ibi, donatio, &c.

In ead. gloss. ibi, Et licet necesse habeat conferre beneficium, &c.] Notatur ad hoc quòd licet beneficium conferre sit præcisum, & necessarium, conferre tamen magis vni, quam alteri est voluntarium, & gratiosum, ac est gratia, & liberalitas, ut post Gonzal. ad reg. 8. Cancel. §. 4. procm. n. 46. De liberalitate ex Luca de Penna optimè Menoch. conf. 191. n. 5. asserit esse donationem, largitatem, & humanitatem quandam, & quòd licet omnis virtus gratiosa sit, liberalitas tamen est omnium gratiosissima.

CAP. Avaritiæ. X.

Regulares in Ecclesiis suis non possunt diuidere, parochias, nec minuire redditus, vel portiones quas consuetum erat dare Parochis, vel Clericis secularibus, qui inseruiunt eorum Ecclesiis, nisi adit consensus Episcopi illorum. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Hentio. Butr. Panorm. Dec. Viuiat. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 47. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 374. remissiue Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Anton. August. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 5. c. 12. & est post Concil. Lateran. p. 13. cap. 1.

Quæ est idolorum seruitus.] Intellige metaphorice, & non proprie, ut declarant D. Thom. 2. 2. quæst. 118. art. 5. ad 4. Nanar. in cap. consideret, de penit. distinct. 5. num. 5. Et de avaritia multa apud Maicard. de probat. concl. 150.

Vel parochias diuidere presumpsistis, &c.] Hodie in Concil. Trident. sess. 21. de reform. cap. 4. vers. in iis, ubi

et locorum distantiam sine magno incommodo ad percipiendum Sacramenta, & divina officia audienda parochiani accedere non possunt Episcopis conceditur auctoritas, etiam inuitis Rectoribus, novas parochias constituendi, etiam tanquam Sedis Apostolice delegatis, assignata Presbyteris præficiendis Ecclesiæ noviter erectæ congrua portione ex fructibus Ecclesiæ Matricis, & si necesse fuerit compellendi populum eam subministrare, quacunque relevatione generali, vel specie, vel affectione super dictis Ecclesiis non obstantibus, de quo vide multa pro eius vera interpretatione in nostro tract. de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 68. per totam, ubi n. 6. cum Franc. Le oin. thes. iur. fori Ecclesiæ. p. 2. c. 2. n. 68. refero decem prædictum Concilii decretum habere locum, etiam Ecclesiæ subiectæ essent Regularibus, vide ad cap. ad audiendum, de Ecclesiis adific.

S V M M A R I V M.

1. Prælati, & Capitulum possunt præbendam vacantem honestum onus imponere.
2. Declaratur text. in presenti.
3. Missas certas, & peculiares, qui tenentur dicere ex obligatione, male agit si alias celebret sine iusta causa.
4. Industria persone non dicitur electa per onus celebrandi Missas.
5. Sacerdoti præbenda si assignari inbeatur, presentandus debet esse Sacerdos in actu promissionis.
6. Simonia non inducitur ex presentatione, seu collatione beneficii cum onere celebrationis Missarum, & presentationis, quando tale onus fuit appositum ante collationem.
7. Capellani sacerdotes potest facere fundator.
8. Sacerdos, qui quotidie celebrare tenetur, an excusetur ratione morbi, ostenditur.
9. Sacerdos obligatus quotidie celebrare, non tenetur quotidie celebrare, sed quanto frequentius potest, salva honestate.
10. Sacerdos potest recipere pecuniam, ut celebret Divina.
11. Sacerdos pro Missis celebrandis potest perpetuo operas suas locare.

CAP. Significatum. XI.

1. Prælati, & Capitulum possunt Præbendam vacantem honestum alius licitum, & honestum imponere, ad quod Præbendarius teneatur, puta ut ille, dum infirmus non fuerit, quotidie celebret Missam de sancta Maria, salva honestate sua, & debita denotione, nec possit dimittere Ecclesiam sine consensu Episcopi, & Capituli, sine causa voluptatis, siue se ad aliam Ecclesiam transferendo. Colligitur ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Cafal. in amor. Host. Henric. Anchar. Butr. Dec. Panorm. Viu. in rationali lib. 3. iuris Pontif. pag. 48. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 37. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. Aug. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 5. c. 13. & est post Concil. Lateran. p. 5. c. 9.
2. Ita quod Missam de S. Maria, &c. Olim Præceptor communis in Conimbricensi Academia D. Ludovicus à Castro dicebat text. in presenti, bene intelligi si dicas præbendam fuisse hic de nouo creatam sacrum facturo sanctæ Mariæ, ut in multis locis fit, assignato stipendio pro illa obligatione sacrificandi, nam apud Doctores dubitari solet, cur conventio, de qua

hic, facta inter quosdam ut data præbenda temporali Sacerdoti quotidie sacra faceret, valida sit, quidam opinabantur in hac specie non vendi Sacramentum, sed operam & laborem impendendum in administratione, ut per gloss. in presenti, cui similis in cap. ult. 24. q. 2. & in cap. suam, de simon. ubi Panorm. idem probat. Ioan. Maior. in 4. diff. 25. q. 1. col. 3. Adrian. quodlibet. 9. testatur hæc esse vulgarem opinionem Sot. de iustit. lib. 9. q. 7. art. 1. col. 1. Alij, ex quorum numero sunt Caiet. 2. 2. q. 100. art. 3. & Sot. ubi supra, intelligunt dari hic præbendam pro obligatione sacra faciendi quotidie, aliud enim est actio, aliud obligatio ad actionem. Sed tutius alij intelligunt dari præbendam in stipendium sustentationis, iuxta Doctrinam D. Pauli 1. ad Cor. c. 9. facit cap. Clerici 1. q. 2. Aduerte Capellanum, qui ex promissione, vel fundatione tenetur celebrare certas, & peculiares Missas, veluti de Spiritu sancto, de beatissima Virgine, vel de Requiem, male agere, si alias celebret alique iusta causa; qualis erit si in eum diem incidat solemnitas alicuius Sancti, etiam si de eo celebretur officium simplex, tunc enim poterit Missam illius diei celebrare: colliges hæc ex Nauar. in man. cap. 25. n. 134. Fr. Emman. in sum. tom. 2. c. 248. n. 9. Henric. in sum. lib. 9. de Missa, c. 23. num. 6. Posse de officio Curati, c. 2. n. 44. ad finem, Fraxin. de obligat. Sacerd. sect. 4. concl. 4. §. 4. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 16. c. 32. q. 5. Laurent. de Peyrinis in prinil. Minim. tom. 1. constit. 5. Leonis X. n. 2. Sylu. in 3. p. q. 7. art. 9. ad 5. Homobon. de examine Ecclesiastico, p. 1. tract. 4. c. 14. q. 126. Fagundez in quinque Ecclesiæ præcepta, præc. 1. lib. 3. c. 19. n. 6. Ganant in rubr. Missarum. 1. p. 3. tit. 13. n. 20. & 21. Dian. resol. moral. p. 2. tract. de celebrat. Missarum. resol. 31. Villalob. in sum. tom. 1. tract. 8. diff. 9. 1. n. 9. Ego ipse de officio, & potest. Episcop. p. 2. alleg. 24. n. 32. Sic ex eadem ratione idem Capellanus male faciet, si Missas celebret extra Ecclesiam illam, in qua fuit per illos, qui Eleemosynas reliquerunt, ordinatum, non enim id licet, ita Imol. in cap. officij 27. vers. & hoc tenet, de testam. Nau. conf. 8. n. 10. de testam. in nouis Seraph. decis. 149. n. 2. & 3. Rot. in Toletana constitutionum synodaliu. 9. Iunij 1624. coram Renerendissimo D. meo Coccino Decano, peccaret quoque mortaliter secundum Nauar. in man. c. 25. n. 134. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 10. c. 24. quæst. 8. Homobon. de Bonis de examine Ecclesiastico, p. 1. tract. 4. c. 13. q. 123. Fraxin. de oblig. Sacerd. sect. 4. concl. 4. §. 9. n. 3. Fagundez in quinque Ecclesiæ præcepta, præc. 1. lib. 3. c. 19. n. 7. Diana resol. moral. p. 2. tract. de celebr. Missarum. resol. 29. Episcopus verò ex iusta causa potest concedere, ut Missa in alia Ecclesia, vel in alio Altari celebretur, si nequeat celebrari in loco constituto, ut colligitur, ex text. in cap. non mediocriter, vers. dum agitur, de consecr. dist. 5. Abb. conf. 99. n. 5. vers. honestius enim, & in fin. vers. ad restitum, Innoc. in cap. fraternitatis, de sepult. Henric. in sum. lib. 9. c. 2. §. 6. Jacob. de Grass. in aureis decis. p. 1. lib. 2. c. 53. n. 1. & 2. Rot. in d. Toletana constitutionum.

Debeat quotidie celebrare. Quamvis per onus celebrandi Missas, & divina officia non dicatur electa industria persone, cum sufficiat quod per alium hoc possit fieri, quali utroque modo satisfiat menti, & animæ disponentis, siue testatoris, ut tenent Lap. ad leg. 35. Stephan. Gratian. discept. forens. c. 73. n. 10. & c. 133. n. 1. tamen in Capellanis, siue Præbendis existentibus in Ecclesiis Cathedralibus, quarum redditus consistenter in distributionibus quotidianis, contrarium est verius, de illis enim prouisos non posse per substitutum in celebrando, & residendo deferuire, resoluit idem Stephan. Gratian. d. c. 133. n. 13. cum seqq. Unde Canonicum, qui est ad Ecclesiam Cathedrali

theatralem promouit, in qua de more quilibet Canonicus per hebdomadam Sacrum facit, per seipsum rem diuinam facere teneri, asserit Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 6. c. 8. q. 16.* Hic text. quatenus probat iustam esse collationem praebeandae sub eo modo factae, ut recipiens Missam celebrare teneatur cum moderamine, de quo hic, difficultatem patitur, quarunt enim DD. quo pacto praebeanda, quae beneficium est, & ius spirituale ex *cap. dilecto, hoc tit. sub modo*, aut conditione conferatur: videbantur enim ob stare duo, vnum quod in spiritualibus modis, & conditio, sicut & pactio cessare debent, *cap. in tantum, de simon. cap. quam pio 1. q. 2.* Alterum vero quod quemadmodum electio sub conditione fieri non potest, *c. 2. de elect. lib. 6.* sic & collatio, praesentatio, & quavis alia beneficiorum promissio, quae inter actus legitimos connumeratur, prout resoluit gloss. recepta in *c. 2. verbo incerta*, probat late Selu. *de benef. p. 3. q. 20.* Roch. *de inrepatron. verbo honorificum, q. 8.* Lambert. *cod. tract. lib. 2. p. 2. q. 3. princ. art. 9.* Gom. *in reg. de verofimili notitia, q. 1.* Couar. *lib. 3. var. c. 16. m. 2.* Nanar. *in cap. si quando, in prelat. n. 5.*

Hic argumentum factum est, ut gloss. pen. in *praesenti*, intelligit in hoc text. collationem praebeandae non fuisse factam sub eo modo, aut conditione, sed praebeandae vacanti tanquam onus fuisse impositum, in quo nihil illicitum committitur, eundem intellectum probant Innocent. *in cap. 3. in fine, ne Prelati vices suas. Abb. in cap. Iacobus, n. 3. de simon. S. Tom. in 4. dist. 25. quaest. 3. art. 2. ad 5. Syluest. verbo simonia, quaest. 9. testatur communem sententiam Dec. in praesenti, n. 10.* Sed licet haec communis DD. traditio verum habeat dum supponit vacanti beneficio spirituale onus adici posse, eo quod ad Episcopos pertineat in sua diocesi omnia facere, quae ad subditorum salutem, & bonam in spiritualibus gubernationem viderint pertinere, nisi sacris Canonibus sint contraria, iuxta text. in *cap. regenda, cum seqq. q. 1.* quod tamen non conuenit huic text. constat enim hic praebeandam fuisse sub eo modo datam, ut Dec. recte aduertit. Quare necessarium est memoria repetere veram illam DD. traditionem dicentium in spiritualibus conferendis modum, aut conditionem similiter spirituales absque simoniae vitio posse adici, quia tunc nihil datur temporale, quod similitudinem pretij habere possit, constat autem in hoc text. spirituale beneficium sub spirituali modo eidem conuenienti fuisse datum, igitur recte Pontif. collationem sic datam approbat, quam rationem decidendi ex aliis expressit ead. gloss. in *praesenti*, sequitur Butr. hic, Dec. ubi supra, num. 6. contra Zabara. Imol. & Abb. ibid. defendit etiam Rip. in *cap. cum M. num. 176. de cons. Mai. in 4. dist. 25. quaest. 6.* Nec praedicta argum. obstant, ad primum enim ex dictis respondetur illud procedere dum modus, aut conditio de spiritualibus ad temporalia fit. Ad secundum ex *reg. c. 2. de elect. lib. 6.* nonnulli respondent regulam illius text. non procedere quando conditio inest ex rei natura, vel à iure, tunc enim licet in collatione beneficii, vel electione exprimat, non vitiat, ut in terminis docent gloss. in *cap. significasti, de elect. gloss. verbo nihil, in cap. cum M. de cons. gloss. verbo renuntiantes, in cap. ad audientiam, lib. 2. de rescript. gloss. 1. in Clem. 1. de rescript. spoli.* quas DD. omnes ibidem sequuntur Iason. in *l. 3. m. 4. ff. de leg. 1. & ibi Rip. n. 126.* Dec. *cons. 118. m. 5.* Part. *cons. 135. m. 2. lib. 4.* Nau. qui dicit communem in *cap. accepta, oppos. 7. m. 4. de rescript. spoli.* Dec. & Cagnol. in *l. actus legit. 29. ff. de regul. iuris*; quapropter collatio recte fit sub conditione si beneficium vacat, & est idoneus, prout resoluit Felin. per text. ibi in *cap. ultimum, num. 19. de praesumpt.* constat con-

ditionem, de qua in *praesenti*, saltem in genere inesse praebeandae, aut cuilibet beneficio, quod propter officium spirituale datur, & institutum est *cap. ult. de rescript. lib. 6. Concil. Trident. sess. 21. de reform. cap. 3.* Vnde nil mirum si exprimi poterit absque vitio illa conditio. Vel longè verius dicendum est quod licet admittamus in *d. c. 2.* collationes, praesentationes, & alias promissiones beneficiorum comprehendere, ex mente DD. id intelligendum est in conditionibus propriis, quae suspendant, & puritatem visus impediunt; quae verò tales non sunt, quamvis quoad verba conditiones videantur, in eo text. non improbantur, nec prohibentur, ut ex eo aperte colligitur, dum ait oportere ut electio certa, & pura sit: ac verò in hoc text. nulla fuit propria conditio, quae collationem suspenderet, aut redderet incertam, sed tantum modus spiritualis post adeptam possessionem praebeandae praestandus, ut eius qualitas, & verba text. indicant; modus autem in spiritualibus, nisi aliquid illicitum contineat propter quod improbat, non offendit, *reg. d. c. 1. & reg. actus legitimi, de regul. iuris, lib. 6.*

Ut praedictus Sacerdos.] Cum verbum, *Sacerdos*, in principio text. ibi, *cuidam Sacerdoti praebeandam unam in Ecclesia vestra communi voluntate dedistis*, respiciat actum electionis, siue praesentationis, fit consequens huiusmodi praebeandam sacerdotalem remansisse, & postea praestandum debere esse actu Sacerdotem tempore prouisionis, ut resoluunt Gutier. *cons. 1. n. 11. & cons. 2.* Nicol. Garc. *de beneficiis, p. 7. c. 1. a. num. 58.* Campan. in *dinersorio iuris Canon. rubr. 7. c. 6. num. 10.* Aloyf. Ricc. in *praxi rerum fori Ecclesiast. resol. 339.* Rebuff. Spin. Perez, Card. Tusch. & plures alij, quos refero *d. alleg. 24. num. 37. ubi num. 40.* pro hac parte aliquas cito sacrae Rotae decisiones, & n. 42. reprobo illorum sententiam tenentem in his terminis, si verba concepta non sint negative, sufficere praesentari Clericum etiam primae tonsurae, si intra annum possit Ordinem sacerdotalem consequi, ex quorum numero sunt Flamin. Cenal. Quarant. Gonzal. Steph. Gratian. & alij, quos ibi refero n. 41.

Institutionem eatenus confirmamus, &c.] Notatur ad hoc quod simonia non inducitur ex praesentatione, seu collatione beneficii cum onere celebrationis Missae, & praesentatione, quando tale onus fuit appositum non in actu collationis, sed ante collationem, ut per Valer. Reginald. in *praxi fori poenit. lib. 23. n. 245.* Rota apud Farin. *p. 4. sua praxis decis. 137. n. 2.* Nam fundator potest in fundatione facere Capellaniam sacerdotalem, ut per Lambertin. *de inrepatron. tom. 2. lib. 2. q. 7. princ. art. 29. n. 2.* Gonzal. *ad reg. 8. Canon. cel. gloss. 5. m. 102.*

Nisi infirmitate corporis, &c.] Notatur ad hoc quod Sacerdos, qui quotidie celebrare tenetur, excusatur ratione morbi, de quo, & an teneatur Missas per alium celebrari facere, si infirmitas longa sit, vide Galet, in *margarita casuum conscientiae, verbo Missas*, Rebuff. *ad l. moribus 113. vers. duodecimus, ff. de verborum signif.* Marc. Anton. Gennens. in *praxi Archiep. N. ap. c. 47.* Aloyf. Ricc. in *praxi rerum fori Ecclesiast. decis. 403. in l. edit. & resol. 340.* Fraxin. *d. sect. 4. concl. 41. s. 13.* quos refero ego ipse *d. alleg. 24. n. 31.* qui resoluunt Capellanum agrotantem per aliquos dies non teneri per alium Sacerdotem Missas celebrare, & quamvis Petr. Natar. *de rescript. lib. 2. c. 2. num. 210.* & Nald. in *summ. verbo Missa, n. 11.* non obligent illum ad celebrare faciendum per spatium vnus, vel duorum mensium, tamen multo probabilius est ab hac obligatione excusari Capellanum infirmum per octo, vel decem dies, ut tenent Molles. in *summ. Theolog. moralis*

inoralis p. 1. tract. 6. c. 1. num. 79. Iacobi. de Graff. tom. 2. consil. lib. 3. de præbendis. consil. 2. n. 5. Fraxinel. de obligat. Sacerd. sect. 4. concl. 4. §. 1. Homoboni. de Bonis de examine Ecclesiastico. p. 1. tract. 4. c. 1. §. 1. quest. 1. 22. & ad summum usque ad 15. dies extendit Diana. resol. moral. p. 2. tract. de celebrat. Missar. resol. 27.

9 Salua honestate, &c.] Notatur ad hoc, quod Sacerdos obligatus quotidie celebrare, non tenetur quotidie celebrare, sed quanto frequentius potest, salua sua honestate, & debita Sacramenti veneratione, ut per Iacob. de Graff. in aureis decis. p. 1. lib. 2. c. 39. n. 8. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 10. c. 24. p. 7. Vgolin. de officio Episcopi, cap. 14. n. 3. Beja resp. casuum conscientie. part. 1. casu 23. vers. quare obligatio. Fraxinel. d. conclus. 4. §. 1. Henric. in summ. lib. 9. c. 24. §. 4. Diana d. tract. de celebr. Missar. resol. 28.

10 In gloss. Ita quod, ibi, Sacerdos potest accipere pecuniam, ut celebret divina, quia sic operas suis videtur potius locare. Vide Henric. in summ. lib. 6. c. 22. §. 1. Possevin. de officio Curati. c. 2. num. 20. Aëgid. Coninck. de Sacram. tom. 1. q. 83. n. 196. cum seqq. Less. de iustit. lib. 2. cap. 35. dub. 8. Soar. de Relig. tom. 1. lib. 4. de simonia. c. 46. n. 4. Bonacin. de simonia. quest. 6. puncto 2. num. 2. plures, quos refert Cened. ad Decretal. collect. 44. n. 2. multo plures citant ego ipse d. alleg. 24. num. 2. vide posita ad cap. suum 29. n. 5. de simonia. Vnde sequitur Sacerdotes sine labe, ac pota simoniae apud legitimum iudicem, & via iuris stipendia pro Missarum celebratione à soluere recusantibus exigere posse, stipendia enim exquiruntur non ut pretium sacrificij, sed ut merces laboris, & operæ, vel ut elemosyna superioris lege, aut consuetudine Sacerdotum sustentationi debita, ita Azor. instit. moral. part. 3. lib. 12. cap. 7. quest. 2. quem refert, & sequitur Fraxinel. de Sacerdotum obligat. sect. 3. prenot. 1. §. 2.

11 In ead. gloss. ibi, Si nullum habet beneficium Ecclesiasticum, ratione cuius ad hoc teneatur, potest locare operas suas ad certum tempus, & recipere mercedem pro labore suo, nec simoniam committit. Imò Sacerdotes quamvis habeant aliunde quo ali possint, poterunt pro obligatione actionis spiritualis quicquam titulo sustentationis accipere, quia per accidens est quod Sacerdotes aliunde habeant, nec hoc obesse debet Sacerdoti ne recipiat id, quod sibi ex natura rei debetur, cum nemo etiam dives, suis stipendiis militate teneatur, Imò perpetuo potest Sacerdos pro Missis celebrandis operas suas locare, & tunc non cogitur præcipue operari, sed potest vel per substitutum servare, vel soluendo interesse liberari, ut resoluit Aloyf. Ricci. in praxi aurea, resol. 494. alias ult. per totam. Vtrum autem Sacerdos diues ex bonis temporalibus, siue Ecclesiasticis etiam beneficiis simplicibus, possit legitime stipendia pro Missis dicendis accipere? affirmative respondent Gloss. & Doctores in cap. clericos 1. quest. 2. Aragon. de iustit. quest. 100. de simonia. art. 2. Soar. tom. 1. disp. 36. sect. 3. concl. 1. & 2. Possevin. d. n. 20. Fraxinel. d. prenot. 1. §. 4.

S V M M A R I V M.

- 1 Religiosorum ad præsentationem nullus debet in eorum Ecclesiis institui per Episcopum, nisi prius ei congrua portio per Episcopum assignetur.
- 2 Clericus debet esse hospitalis.
- 3 Parochialis non debet ita gravari, ut illius Rector non possit ex eius redditibus vivere.
- 4 Vicarij in Parochialibus ad religiosos pertinentibus quomodo ponendi, ostenditur.
- 5 Rectori curato debetur congrua.

Barbol. Collect. Tom. II.

6 Vicario dari debent alimenta ex fructibus beneficii.

7 Fructus incerti in congruam non computantur.

CAP. De Monachis. XII.

Monachi quando præsentant Vicarios suos pro Ecclesiis sibi subiectis, Episcopus nullum admittit, nisi coram illo redditus sufficientes assignentur, tum ad congruam sustentationem, tum ad iura Episcopalia soluenda, tum ad hospitalitatem tenendam. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anchar. Host. Henric. Butr. Panorm. Dec. Vin. in ration. lib. 3. iuris Pont. pag. 48. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 375. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. Angust. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 5. cap. 14. & est post Concil. Lateran. p. 39. c. 1.

Ex hoc text. iuncta subscriptione colligitur illos, ad quos iure aliquo speciali Ecclesiarum pertinet institutio, non posse cogere præsentantes religiosos ad congruam sustentationem præsentatis assignandam, & ita Gloss. verbo diocesani, in Clement. 1. de iurepatron. quæ dicit in specie dictæ Clement. recurrendum esse ad Episcopum, ut per Anchar. in c. 1. n. 1. in fine, hoc tit. lib. 6. Card. in d. Clement. q. 5. à n. 3. pro quibus facit etiam text. c. 1. ibi, diocesani, quo textus novum ius inducere videtur, vnde succedere debet regul. 1. quod verò, ff. de legibus. regul. quæ à iure, de regulis iuris lib. 6. Contraria tamen opinio verior est, quam tenent Imola, & alij scribentes in presenti. Pater si expendas quoddam illud debet pertinere vtrum præsentatus sit dignus, vel indignus, ad quem institutio dicitur spectare, ex regul. lege 2. ff. de iurisdictione omnium iudicum, & cap. præterea, de officio delegari, alias enim institutio esset iniusta, & Ecclesiæ præiudicialis, contra resoluta in cap. grane nimis, infra hoc tit. & quæ tradit Sot. lib. 4. de iustit. q. 6. art. 3. Rebut. in praxi tit. requisita ad bonam collationem, à n. 23. & tit. pana contra electores, in principio, & constat ex dicto cap. 1. & ex hoc textum idoneum reputari præsentatum, cui legitima portio à præsentantibus non assignatur. Ergo talis iure speciali institutus repellere potest sic præsentatum à religiosiis, & similiter repellere potest ob aliud impedimentum. Facit præterea doctrina gloss. receptæ verbo diocesani, in Clement. 1. de foro competent. quatenus diocesanos vocat illos, qui iure speciali habent saltem in parte diocesis iurisdictionem Episcopalem, constat esse talem institutionem, iuxta text. in cap. 1. de institut. lib. 6. & in cap. decernimus, & in cap. nullus 16. quest. 7. ampliando quamvis præsentatio fiat à quibuscumque Religiosis etiam exemptis, iuxta resoluta in dicto c. 1. de præbendis. lib. 6. & etiam in terminis d. Clement. 1. Nec refragatur text. in presenti, iuncta subscriptione, quia loquitur in Episcopo consultationem faciente, ut etiam text. in d. c. 1. agit de diocesaniis respiciens id, quod attentio iure communi fieri poterat, tantum quoddam ad solos diocesanos spectat institutio, iuxta d. cap. decernimus, & d. cap. nullus, sentit gloss. in d. Clement. 1. verbo diocesani, non tamen negant iura illa id habere locum in aliis, quibus simile instituendi ius ex speciali gratia & privilegio competet. Nec rursus obstat quoddam d. cap. 1. & d. Clement. ius novum inducunt, responderet namque talia & similia iura licet prædictum ius novum inducant, procedere quidem in casibus, in quibus eadem omnino identitas rationis, reperitur, iuxta doctrinam gloss. ultim. in l. si quis servo, C. de furtis, vel saltem in quibus eadem datur æquiparatio ex eadem

BARBOSA
In Jus Can
To. 2. 23.
GVI
18

dem ratione proveniens, tradit optimè Paul. conf. 441. col. pen. ad finem.

2. *Hospitalitatem tenere, &c.* Clericus enim debet esse hospitalis. Rebuff. in tract. congrua portione, n. 12. ubi n. 11. quoddam Vicarius, vel curatus omnes Christi pauperes recipere tenetur iuxta vires facultatum, unde quæ de hospitalitate dixi de officio & potestate Episcopi. p. 1. tit. 2. gloss. 9.

3. *Vnde iura Episcopalia possit persolvere, &c.* Notatur ad hoc, quoddam parochialis non debet ita gravari, ut illius Rector non possit ex eius redditibus vivere, & iura Episcopalia persolvere, ut per Flamin. de resign. benef. lib. 6. q. 2. n. 22.

4. *Qui Vicarius parochialis, &c.* Ex hoc text. valde notabilem Doctores colligunt conclusionem, in Ecclesiis scilicet, quæ pleno iure pertinent ad Religiosos, sed habent Episcopi institutionem, ponendos esse Vicarios perpetuos, secus dicentes in iis, quæ pleno iure ad Religiosos spectant, in illis enim posse ipsos ponere Vicarios ad suum nutum removibiles, arguunt. text. in Clem. 1. de excess. Pralat. notant ibi gloss. verbo ad mensam, & gloss. verbo haberent, in Clem. 1. de rescript. & gloss. verbo de mensa in Clement. 1. de supp. negl. Pralat. reddentes rationem, quia in huiusmodi beneficiis pleno iure ad Religiosos spectantibus institutioni locus non est, sed principalis titulus est penes ipsum monasterium, seu collegium, cui unita sunt, & propterea nunquam vacare dicuntur, quare glossarum doctrinam sequuntur alij communiter ibi, ut per Imol. num. 16 in d. Clement. 1. de excess. Pralat. Rebuff. in praxi benefic. tit. de Vicariis perpetuis, n. 7. & in cap. extirpanda, §. quia vero, a. n. 59. infra hoc tit. & de congrua portione, num. 32. & utrumque casum bene distinguens Hoied. de incompatib. benefic. part. 1. cap. 15. num. 3. Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. gloss. 5. §. 3. num. 21. & 24. Nicol. Garci. de benefic. part. 1. cap. 2. a. num. 3. optimè Flores de Mena var. lib. 1. q. 10. a. num. 13. qui varios casus percurrunt eleganter universam materiam resolvit, & n. 20. concludit communem esse sententiam, à qua nemo discrepat, quod scilicet quando Ecclesia pleno iure subiecta est Religiosis, qui omnimodam habent iurisdictionem, tam in Ecclesiam ipsam, quam in parochianos, excluso in totum Episcopo, possunt ponere Vicarium temporalem ad ipsorum nutum removibilem, ut etiam expressè decidit Concil. Trident. sess. 25. de Regul. c. 11. dum ab illa regula, quam ponit in vers. nec, quod in Ecclesiis curatis monasteriorum non ponantur Vicarii etiam removibiles sine consensu Episcopi, excepit monasteria, quæ Episcopalem habent iurisdictionem, & temporalem in parochos, & parochianos: similiter hoc ipsum resolvit Flores de Mena d. q. 10. n. 8. quando Ecclesia unita est ad mensam Conventus, seu Collegij, quia scilicet percipit fructus in solidum, & per se, aut suos Capellanos, aut Clericos, quibus solverit stipendia, interuit beneficio: illum verò casum controuersum esse advertit quando beneficium pleno iure unitum est monasterio in temporalibus, & spiritualibus circa ea, quæ ad curam pertinent animarum, non tamen quoad iurisdictionem Episcopalem, quæ est supra curam, scilicet in visitando, excommunicando, & iudicando, sed adhuc n. 21. ex Imola in presenti, n. 6. & aliis concludit verius esse quoddam Vicarium ad nutum removibilem ponere possunt.

5. *Et congruam sustentationem habere.* Notatur ad hoc, quoddam Rectori curato datur congrua, Rebuff. de congrua, q. 4. in prime late Bellet. disquisit. cleric. p. 1. tit. de Clerico debitor, §. 16. Cas. de Grassis decis. 6. n. 7. sub hoc tit. Rota decis. 16. n. 4. p. 1. divers. & in una

Pampilonen. Congrua 27. Octobris 1594. coram Illustr. D. meo Card. Millino, & in Pacen. Congrua 8. Iunij 1612. coram Illustriss. Cardinal. Sacro apud Farin. decis. 420. num. 5. part. 1. recent. & Morulen. Congrua 26. Aprilis 1613. coram Reuerendissimo D. Coccino Decano, apud Farin. decis. 449. num. 3. part. 2. recent. Nam Vicario dati debent alimenta ex fructibus beneficii eius, cuius vices supplet, ut per Surd. de alimentis, tit. 1. quest. 60. num. 11. & quest. 100. num. 1. resolvit quoddam Monasteria habentia Ecclesias curatas tenentur Vicarium eligere, qui spiritualia ministrat, & tit. 3. quest. 3. num. 22. tenet quoddam Vicario, cui congrua portio debetur ex bonis beneficii, competit officium indicis pro ea consequenda, & quamvis ea petere possit à parochianis, quibus Sacramenta administrat, cap. omnis Christianus, de consecrat. dist. 1. Surd. tit. 1. quest. 60. num. 2. hoc tamen Domini de Rota d. decis. 420. num. 8. intellexerunt procedere ubi parochiani nullas (fortè ex aliquo privilegio Apostol.) solvant decimas, vel ita exiguas, ut non sufficiant pro Rectore, secus ubi solvant consuetas decimas, quæ sunt satis superque sufficientes pro sustentatione Rectoris, tunc enim cum illæ sint specialiter destinatae ad hunc usum, debet Rector ad illas in primis se convertere, vel ad quemcumque etiam laicum, qui eas in Parochialibus surgentes ex concessione Apost. percipit, Rebuff. de congrua, num. 47. Conat. var. lib. 1. cap. 17. n. 6. in fine, transeunt enim cum suo onere in quoscumque, Rot. d. decis. 420. num. 7. quia sunt specialiter iure divino, & positivo sacrorum Canonum destinatae ad usum Rectoris sustentantis curam animarum, cap. omnes decime 16. q. 7. cap. fin. de Parochiis, Rebuff. de decimis, q. 7. n. 4. Verall. decis. 356. n. 2. & 3. p. 5.

Illud in hac materia advertendum duxi, fructus incertos, seu pedem altaris in congruam non computari, Rebuff. de congrua, n. 33. & 86. Mantica dec. 22. n. 2. Rot. decis. 5. n. 3. & seq. p. 2. divers. & apud Farin. d. decis. 420. n. 2. & d. decis. 449. n. 6. Bellet. d. s. 16. num. 3. etenim venter non debet pendere ab incerto, cum non patiatur dilationem, Callad. decis. vnic. n. 1. de mutuis petit. Surd. decis. 323. n. 9. An, & quando congrua Rectori angere debeat, non erit abs re in presentiarum inuestigare sub distinctione sequenti, aut congrua est tenuis, Rector tamen potest vivere, & sustentare onera Ecclesiarum, & tunc debet esse illa contentus, & imputare si tenue beneficium accepit, gloss. verbo necessitatem in c. 1. 20. q. 2. Rebuff. de congrua, n. 92. Mantica. d. decis. 22. num. 1. aut verò congrua est ita tenuis, ut Rector non possit vivere, & sustinere onera Ecclesiarum, & tunc saltem per viam restitutionis in integrum succurritur Rectori adversus assignationem congruæ, & isto casu Rector acceptando non dicitur sibi præiudicasse, cum non agatur de præiudicio suæ persone tantum, sed Ordinis Clericalis, Rot. d. decis. 449. n. 5.

SVM MARIVM.

1. Dignitates, vel personatus plures in una, vel in diversis Ecclesiis quis habere non potest.
2. Dignitas, & Canonicatus in eadem Ecclesia licet de iure incompatibiles non sint, tamen hodie simul obtineri non possunt, nisi ex privilegio, vel consuetudine.
3. Canonicus obtinens dignitatem perdit Canonicatum.
4. Dignitatem & Canonicatum obtinens ex dispensatione, duplices lucratur distributiones, duasque voces in Capitulo habet.

CAP.

De Præbendis, & Dignitatibus, Tit. V. 51

CAP. Ad hæc. XIII.

Clericus vnus in vna vel diuersis Ecclesiis plures dignitates, vel personatus obtinere non potest. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Imol. Host. Anchar. Henric. Butr. Panorm. Dec. Viuian. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 49. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 375. remissum Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 3. sub tit. de test. c. 7. & est post Concil. Lateran. p. 29. c. 6.

Plures dignitates, vel personatus, &c. Ergo iure dignitas, & Canonicatus in eadem Ecclesia incompatibiles non sunt, vt per Parif. de resignat. lib. 3. q. 1. n. 128. Nauar. conf. 21. de præbend. vbi docet quod dignitas, & Canonicatus iure communi in eadem Ecclesia ab vno possunt obtineri, & conf. 24. eod. tit. n. 4. & 6. vbi ait, quod de iure communi duo beneficia diffinita eiusdem Ecclesiæ sibi aliqui non repugnantia propter opera vtrique eodem tempore incumbenda, nunquam sunt incompatibilia, etiam quoad retentionem, quia non facit ea incompatibilia necessitas residendi, nam cum consistant in eadem Ecclesia, potest quis in vtroque residere regulariter, Less. de iust. lib. 2. c. 34. n. 144. Perez de Lara de ammiss. & capell. lib. 2. c. 7. n. 17. veriorum, & communiorum dicit Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 10. n. 4. Verum cum hodie attentata noua Concil. Trid. dispositione sess. 14. de reform. c. 17. omnes dignitates, & canonicatus requirant præcisam residentiam, teneri non potest canonicatus simul cum dignitate, nisi ex privilegio, vel consuetudine, cui non fuit derogatum per Concil. Trid. dicto loco, prout decilum refertur Nicol. Garc. de benef. p. 11. c. 5. n. 245. & 246. & post Armend. Ego ipse de offic. & potest. Episcop. p. 3. alleg. 62. n. 18. Et ita cum ex sententia S. Congreg. dignitas cum canonicatu absque dispensatione, vel consuetudine obtineri non possit, si Canonicus obtineat dignitatem, perderet Canonicatum, vt eadem S. Congreg. censuit, teste Nicol. Garc. d. c. 5. n. 244. & Seraphin. dec. 1298. Quando verò quis ex dispensatione, vel consuetudine obtinet dignitatem, & Canonicatum, duplices lucrat distribuciones, duasque voces in Capitulo habet, vt dixi sup. ad cap. diuersis 5. de Clericis coniug.

SVMMARIVM.

- 1 Dignitates plures habens, alteram dimittere compellitur.
- 2 Regulares Canonici Cathedralium Ecclesiarum eiusdem sunt ordinis & rationis cum reliquis Canonici Regularibus.
- 3 Episcopus in Monachos Regulares sue Cathedralis Ecclesiæ est loco Abbatis, & in eos habet omnimodam iurisdictionem, præterquam in concernentibus Regularia instituta.
- 4 Dignitatem secundam obtinens iuxta primum tempus ante Conc. Lateran. sub Alex. III. non ipso facto primam amittebat, sed optionem habebat, vt vnā ex illis eligeret, quam ipse mallet.

CAP. Præterea. XIV.

Habens plures dignitates, vna retenta alias dimittere compellitur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Henric. Panorm. Butr. Dec. Viui. Barbos. Collect. Tom. II.

in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 49. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 377. remissum Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. de excessibus Prælat. c. 4. & est post Conc. Lateran. part. 24. c. 5.

Et in vtraque Ecclesia regulariter professus. Notatur ad hoc, quod Regulares Canonici Cathedralium Ecclesiarum eiusdem sunt Ordinis, & rationis cum reliquis Canonici Regularibus, vt per Fr. Emman. tom. 3. quæst. Regul. q. 49. art. 3. vers. idipsum probatur. Episcopus in Monachos Regulares suæ Cathedralis Ecclesiæ est loco Abbatis, & in eos habet omnimodam iurisdictionem, præterquam in concernentibus Regularia instituta, Rota in montis Regalis iurisdictionis 8. Martij 1604. coram R.D. meo Coccino Decano, impressa inter recent. decis. 69. p. 1. & de celebratione officij faciendi per Monachos in Ecclesia Cathedrali, & de illius forma agitur decis. 79. eadem p. 1. recent. & de his omnibus egimus breuiter de offic. & potest. Episcop. p. 3. alleg. secundum Lud. impress.

Quatenus eundem altero quem maluerit, &c.] Loquitur secundum primum tempus ante Concil. Lateran. sub Alex. III. quo attento is, qui ad secundam dignitatem promouebatur, non ipso facto primam amittebat, sed optionem habebat, vt vnā ex illis eligeret, quam ipse mallet, ita Azor. instit. moral. p. 1. lib. 6. c. 13. q. 1. Nicol. Garc. de benef. p. 11. c. 5. n. 2.

CAP. Cum non ignores. XV.

Beneficiatus electus ad aliam Ecclesiam, si contendit habere vtramque, prima debet esse contentus, quia non est conueniens, vt vnus habeat locum in duabus Ecclesiis, & non est admittendus electus cum scandalo eligentium, id est, quando nolunt in alia Ecclesia residere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hostienf. Anchar. Henric. Butr. Panorm. Viuian. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 50. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 376. remissum Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 5. c. 1.

Vnus debeat esse Sacerdos.] Notatur ad hoc quod si duo, vel tres Clerici fuerint constituti perpetuo ad eam, nullus dicitur habere Curatum, vt per Pute. p. 1. decis. 290. in antiq. aliis decis. 182. in correctis. Calfad. decis. 11. de præbend. Staphil. de literis gratia, fol. 47. pag. 1. vers. requiritur & tertium. Cald. Pereira de empt. c. 26. n. 21. Quia ad hoc vt beneficium dicatur Curatum, requiritur, vt vnus Rector solus suo nomine, non autem cum aliis, vel pluribus regat, nam si cut vnus corpus duo capita habere non potest, nisi monstrum sit, ita nec Ecclesia duos, aut plures curatos, Mascard. de probat. concl. 468. n. 5. cum seq. quem refero ego ipse de offic. & potest. Episcop. p. 3. alleg. 57. num. 159.

SVMMARIVM.

- 1 Ordinato ad Sacros per Episcopum, sine titulo nomine presentante, ordinator, vel successor compellitur in necessariis providere, donec titulum habuerit.
- 2 Sacerdos regulariter sumit alimenta de bonis Ecclesiæ cui seruit, si habeat.
- 3 Bona Ecclesiæ dicuntur esse de patrimonio Christi.
- 4 Argumentum ab etymologia valet.
- 5 Cleros quid significet.

2 6 Episc

- Episcopus ordinans ad sacros Ordines aliquem sine titulo, compellitur ei in necessariis providere, si ordinavit scienter, secus si non fuit in culpa.
- Concil. Trident. sess. 2. de reform. c. 2. an innotet poenas huius cap. an vero, cap. neminem, & cap. sanctorum 70. disp. ostenditur.
- Obligatio alendi est punitio delicti Episcopi promouentis ad Ordines carentem patrimonio.

CAP. Cùm secundum. XVI.

Innoc. III.

¶ Quando quis ordinatur Subdiaconus sine titulo, & nemine presentante, Episcopus ordinans, vel eius successor debet subministrare ei necessaria vite, donec eidem provideat de beneficio competenti, & si Episcopus non facit, cogi debet censuris Ecclesiasticis, quia Clerici debent vivere de patrimonio Iesu Christi, cuius obsequio deputantur. Vnde dicuntur Clerici à xpo, quod est fors, vel hereditas. Et licet Papa Innocentius voluerit ordinationes illorum sine titulo esse irritas, id est, quoad executionem, tamen iste Papa vult quod post examen, si idonei reperiuntur, provideantur de beneficiis. Colligunt ex Ordinariis Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Inola, Anania, Hostiens. Anchar. Henric. Bnt. Panorm. Vian. in rationali libri tertij iuris Pontif. pag. 50. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 376. remissimè Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 5. cap. 1.

¶ Qui aliter servit, &c.] Notatur ad hoc, quod Sacerdos regulariter alimenta sumit de bonis Ecclesie, cui servit, si bona habeat, ut per Bellet. disquisit. cleric. p. 1. tit. de bonis cleric. §. 6. n. 5. Surd. de aliment. tit. 1. quest. 60. n. 1. cum seqq. Operarius enim dignus est mercede sua, cap. quicumque 12. q. 2. Et unusquisque secundum laborem suum mercedem accipiet, Apost. ad Corin. 1. cap. 3. cum multis aliis citatis per Surd. d. tit. 1. quest. 59. mon. 2. Rebuff. in l. Barbarius, mon. 3. ff. de officio prator. Mexi. in tract. tasse panis conclus. 2. n. 87. Perez l. 1. tit. 2. lib. 1. Ordin. pag. 36. & l. 1. tit. 5. lib. 7. pag. 427. Valac. conf. 125. n. 2. Bobadil. in sua politica, lib. 1. c. 13. n. 48. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 4. n. 17. Aloyf. Ricc. in praxi aurea, resol. 439. n. 2. & 3. vbi numeris seqq. agit quæ congrua dicantur Clericorum alimenta, ut ex fructibus bonorum Ecclesie ea consequi valeant.

¶ De patrimonio Iesu.] Notatur ad hoc, quod bona Ecclesie dicuntur esse de patrimonio Christi, ut per Azor. instit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 1. quest. 4. Nana. de redditibus Eccles. quest. 1. n. 19. & in apologia eiusdem quest. 1. mon. 24. n. 8. Ioan. Valer. de different. viris que fori, verbo munera, differ. 1. n. 5. quia propter Christum, & eius obsequium, & gloriam donata sunt, ita Gilbert. Schenich. de Eccles. vita, lib. 3. c. 20. prope fin. pag. 566.

¶ Cùm enim à xpo, &c.] Ergo ab etymologia argui potest, ut per Garc. Falcon. reg. 46. Sayr. de Sacrament. in genere, lib. 1. c. 2. in princ. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 9. §. 1. n. 3. Monet. de distribut. quotid. p. 1. q. 1. n. 7. vbi n. 8. intelligit modò argumentum negativè concipiatur, dixi late in tract. de locis communib. arg. iuris, loco 44.

¶ Quod est fors, vel hereditas.] Multa circa huius nominis etymologiam adducunt Prate. in lexico iuris, verbo Clericus; Didac. Ximenes in suo lexico Ecclesiast. verbo xpo; Alciat. lib. 5. parergon. cap. 12.

Tiraquell. de iureprimog. quest. 17. opin. 1. n. 8. Oza. Pedem. decis. 30. n. 11. Petr. Greg. synagm. iuris, lib. 1. c. 1. num. 4. Cardol. in praxi iudicum, verbo Clericus, mon. 1.

Tandiu ei vita necessaria, &c.] Poena hæc quod Episcopus ordinans ad sacros Ordines aliquem sine titulo, compellatur ei in necessariis providere, donec titulum habeat, habet locum in ordinante scienter, vel debente scire eum non habere titulum, & sic habet etiam locum quando ordinandus dixit se habere patrimonium sufficiens, quia Ordinarius debebat diligenter inuestigare an haberet patrimonium, & Clericus non potest huic privilegio renuntiare, Nana. conf. 1. q. 1. 6. de constitut. & conf. 14. & ult. de tempor. ordin. Surd. de aliment. tit. 1. q. 60. an. 12. & tit. 7. q. 37. n. 40. Nicol. Garc. de benef. p. 2. c. 5. n. 32. Non tamen habebit locum quando non fuit in culpa, Episcopus, qui adhibuit debitam diligentiam, & per fraudem, & falsas probationes fuit deceptus, idem Nicol. Garc. ubi supra n. 33. Quarant. in summa Bullary, verbo Ordo, post 2. concl. 2. vers. tertius casus, Vgolin. de officio, & potest. Episcop. c. 26. §. 8. n. 5. & §. 15. vers. tertia non tenetur.

Olim in Concil. Chalcedonensi can. 6. relato in c. neminem 70. dist. 1. & in alio Urbani I. habito Placentie, pariter relato in cap. Sanctorum, eadem dist. accernuntur irritæ, & inanes (scilicet quoad executionem) ordinationes eorum, qui sine certo titulo promouentur. Postea Innoc. III. in hoc text. benignius agere cupiens, tandem per ordinatores, & successores eorum promittere ordinatis constituit, donec ipsi Ecclesiastica sint assequuti beneficia. Undeque successit Conciliaris in hac re dispositio Tridentine Synodi sess. 2. de reformat. c. 2. certam non exprimentis penam, sed antiquorum Canonum simpliciter innovantis, ex cuius verbis non ineptè dubitatur à Doctoribus an d. Trident. Concil. innovet poenas d. cap. neminem, & cap. Sanctorum, an verò huius textus, an demum omnium prædictorum Canonum? Prima opinio tenet omnium relatorum Canonum poenas innovare, cuius sectatores sunt Nana. conf. 14. n. 4. & conf. 46. n. 1. & 3. de tempor. ordin. & Soar. de censuris, discept. 31. sect. 1. post n. 35. & sub distinctione Campani in adversario iuris Canon. rubr. 8. c. 1. n. 5. Secunda tenet Concil. d. loco, innovare penam suspensionis, de qua in d. cap. neminem, & in d. cap. Sanctorum, eamque teneant Maiol. de irregul. c. 15. in princ. Fr. Emman. in summa. tom. 2. c. 15. n. 1. Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verb. dimissoria, §. 4. & p. 2. eodem verbo, §. 6. & verbo irregularitas, §. 2. Spino in speculo testam. gloss. 18. n. 75. Sanchez de matrim. lib. 6. disp. 32. in fine, Paul. Comit. respons. moral. lib. 6. q. 38. Tertia denique sententia, cui tanquam probabiliori adhareo, tenet solum esse innovatam penam huius cap. & si ordinatum sine titulo non esse suspensum, neque aliquam penam incurere, sed Episcopum cogendum esse illi providere, quam quidem merito defendunt Henric. in summa, lib. 13. c. 37. §. 2. Gutier. pract. lib. 2. q. 35. n. 11. vers. nec opinio Merina. Cened. ad Decret. collect. 33. n. 2. & 6. ad finem, Anila de censuris, p. 1. disp. 3. dub. 4. concl. & ita decisum fuisse à Sacra Congreg. testantur Flamin. de resign. lib. 2. q. 6. n. 18. Fornat. de Ordine, c. 8. n. 8. Nicol. Garc. de benef. p. 2. c. 2. n. 27. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 10. n. 22. Armend. in addit. ad recap. legum Navarra, lib. 2. tit. 8. l. 1. de patrimonio cleric. n. 19. Sanctat. var. resol. q. 49. n. 15. Illustr. D. Roder. à Cunha in comment. ad c. 2. n. 7. dist. 70. me citato in hoc loco. D. Mari. Cutel. de donat. inter patrem, & filium, tract. 1. dist. 2. partic. 12. n. 46. Ego ipse de officio, & potest. Episcopis, p. 2. alleg. 20. n. 27.

Quæstio

De Præbendis, & Dignitatibus, Tit. V. 53

Questio est dubia an ordinatus cum patrimonio fæto incurat suspensionem, & postea celebrando irregularitatem, in qua una sententia affirmat, quam tenent Spin. in speculo testam. gl. 18. n. 75. Navar. in man. c. 27. n. 158. Sanch. de matrim. lib. 6. disp. 3. n. 8. Bonac. de Sacram. disp. 8. q. vñc. punct. 5. n. 24. Paul. Comit. resp. moral. lib. 6. q. 38. Filiuc. p. 1. tract. 17. c. 5. n. 89. Ioan. de la Cruz in direct. conscient. p. 2. tract. de sacram. Ordin. dub. 6. concl. 2. Scott. in Pont. constit. epit. 147. theor. 139. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 3. tract. 2. c. 25. sect. 3. n. 72. qui cum Soar. in 3. p. tom. 5. disp. 31. sect. 1. n. 35. putat talem clericum incurere duas suspensiones, altera ut sine sufficienti titulo, altera ut sine proprii Episcopi facultate ordinatum. Altera sententia contraria videtur probabilior, & ideo in praxi tutissima, eamque tueretur Henric. lib. 13. c. 3. 1. 2. 2. & in gloss. in G. Flamin. de resignat. lib. 2. q. 6. num. 18. Tolet. lib. 1. c. 48. n. 5. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 5. s. 10. n. 25. Pialec. in praxi Episcop. p. 1. c. 1. art. 7. n. 5. Nicol. Garc. de benef. p. 2. c. 5. n. 20. & seq. Sayr. de cens. lib. 4. c. 14. n. 16. Aul. eod. tract. p. 3. disp. 5. Homobon. de Bonis de exam. Ecclesiastico, part. 2. tract. 1. c. 10. q. 22. Agid. de Coninch. de Sacram. disp. 16. dub. 5. n. 37. Squillant. de oblig. cleric. p. 2. dub. 4.

8 In gloss. Successores, ibi, vel die quod non tam successor, &c. Notatur ad hoc quod obligatio alendi est punitio delicti Episcopi promouentis ad Ordines earentem patrimonio, ut per Sanch. de matrim. lib. 6. disp. 3. n. 8. Ex quod text. in presenti, non tam Episcopum promouentem aliquem abque patrimonio, sed etiam eo mortuo eius successorem deuinciat, dixi de officio & potest. Episcopi. p. 2. alleg. 20. n. 23.

9 In gloss. Donec, ibi, quod si Episcopus ordinauit, &c. Notatur ad hoc quod Præf. denuo compellitur providere de beneficio, atque interim de alimentis, cui beneficium contulerat, atque ad illius titulum ordinauerat, si tale beneficium fuerit postmodum illi enitum, maxime si prima vice fraudulenter illud contulerat, quod dare nequibat, ut adnotati ego ipse alleg. 10. num. 14. ubi quoad bona donata id non procedere probabilius duxi.

CAP. Inter cætera. XVII.

1 Ignoranti scienter conferens præbendam, quam conferre non poterat, tenetur primam vacaturam eidem conferre, ne videatur fraudulenter primam contulisse: quam si illi non confert, sed alteri, irritum est quicquid fecerit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabara. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Panor. Henric. Butr. Anchar. Viuian. in ration. lib. 3. inris Pontif. pag. 51. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 377. remissive Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Ant. Ang. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 5. c. 3.

2 Assignari debebat. Ergo per renuntiationem quis est priuatus tam civili, quam naturali possessione beneficii sui, ut hic notat gloss. 1. vers. sed certe verum est. Rebuff. in praxi benefic. tit. de simonia in resignat. n. 43. Flamin. de resign. benefic. lib. 1. q. 5. n. 15. Nicol. Garc. de benef. p. 1. c. 3. n. 1. Rota Apud Farin. decis. 156. in 1. collect. nouiss. alijs p. 4. dinerf. & decis. 92. n. 2. p. 1. recent. & in Lauretana Parochialis 14. Martij 1625. coram Reuerendiss. Seleucien. Sarnen. in reg. de publican. q. 18. n. 2. Pute. decis. 175. n. 2. lib. 3. Camil. Borrel. in summa omnium decis. tit. 2. c. 6. n. 1. Etiam si ex causa permutationis facta sit renuntiatio, Malfard. de probat. concl. 1401. Petr. Greg. de benef. c. 31. n. 2. Flamin. d. q. 5. n. 20. Nicol. Garc. d. c. 3. n. 2. Intellige in resignatione pura & simplici, non autem in resignatione ad fauorem, quæ

Barbof. Collect. Tom. 11.

consentetur conditionalis, & propterea ius & possessio remanent penes ipsum resignantem, donec conditiones purificentur. Iaf. conf. 86. num. 15. & 16. lib. 3. Paris. conf. 5. n. 7. & seq. lib. 4. Anchil. decis. 10. n. 1. & 4. de restitut. spoliat. Pute. decis. 158. n. 3. lib. 3. Mohed. decis. 83. Verall. decis. 82. n. 1. p. 3. Rot. decis. 4. n. 1. de rer. permutat. in antiq. & decis. 1. n. 12. de renunt. in nouis, Flamin. de resignat. lib. 1. q. 3. n. 8. & seq. fuit dictum in Iannu. Parochialis 22. Iunij 1622. coram bonæ mem. Patriarcha Manzanedo, & in Illerden. Canonatus 2. Decembris 1624. coram bonæ mem. Buratto.

In gloss. assignatur, ibi, quod donator non tenetur de emissionem. Declara ut per me de officio, & potestate Episcopi. p. 2. alleg. 20. n. 14.

S V M M A R I V M.

- 1 Electio illius cassatur, qui possidet plures dignitates, atque Præbendas, & idem si detinetur aliquo vitio hic scripto.
- 2 Intrusus in beneficium quis dicatur.
- 3 Multa per patientiam tolerantur.

CAP. Cùm iam dudum. XVIII.

Dignitates plures habens sine dispensatione ad beneficium eligi non potest. Item si electus ante confirmationem præsumat ministrare, cassatur eius electio, & si post cassatam electionem adhuc ministrat fit ineligibleibilis. Item multa per patientiam tolerantur, quæ si deducantur in iudicium, non debent tolerari. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabara. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Imol. Host. Anchar. Henric. Butr. Panor. Viuian. in ration. lib. 3. inris Pontif. pag. 51. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 377. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 5. c. 5.

Intrusio (sua). Intrusus in beneficium ille dicitur, qui sine auctoritate eius, cuius est beneficium, in illud se intromittit, & intrudit, vel absque iure, vel sine Canonico titulo, vel per vim, ita Azor. institut. moral. p. 2. lib. 7. cap. ult. q. 10. Vnde qui literis non confectis possessionem cepit, dicitur intrusus, Flamin. de resignat. benefic. lib. 10. q. 1. n. 21. vel qui propria auctoritate sine titulo, idem Flamin. lib. 7. q. 1. n. 114. Item & resignans post resignationem reputatur intrusus, idem Flamin. lib. 1. q. 6. n. 5.

Cum multa per patientiam tolerantur, &c. Vide Navar. de redditibus Ecclesiasticis q. 1. monitus 54. n. 2. Anton. à Gama de Sacrament. prestandis ultimo supplicio damnatis, q. 1. n. 16. Azened. ad Curiam Pisanam, lib. 1. c. 23. n. 25. Vnde Sanch. de Matrim. lib. 2. disp. 38. n. 12. per hunc text. dicit quod Principis dissimulatio impunitate, ac facto non inducit dispensationem, respondens ad textum in capite quia circa, de consanguinitate, & affinitate, procedere ex eo, quod coniuges bona fide exillimabant se legitime coniugatos esse, & ex veritatis detectione timebatur grane scandalum, quapropter Pontifex tacendum, & dissimulandum esse dicit, eosque in matrimonio illo putatui, & inuincibili ignorantia excusato permittendos esse, & citat Conar. de sponsalibus, p. 2. c. 6. s. 10. n. 15.

S V M M A R I V M.

- 1 Recepto in Canonicum, quam citò facultas se obtulerit, debetur praebenda, & interim habebit quotidianas distributiones.
- 2 Collator de praeentibus tenetur nominato providere.
- 3 Legatus non potest dispensare contra Concilium.
- 4 Papa per clausulas derogatorias generales super Concilium dispensare non censetur.

CAP. Dilectus filius. XIX.

Innoc. III.

1 Recepto in Canonicum cum stallo in choro debet praebenda assignari, cum primum se facultas obtulerit, & interim debet participare de distributionibus quotidianis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hostien. Henric. Anchar. Panorm. Butr. Vician. in variation. lib. 3. iuris Pontif. pag. 52. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 371. remissive Casal in amor. & Ximen. in concord. p. 2. & refertur ab Ant. Aug. collect. 3. Decretal. lib. 3. tit. 5. c. 6.

Facientes eadem portiones quotidianas, &c.] Notatur ad hoc quod collator de praeentibus tenetur nominato providere, vt per Rebuff. in tract. nominat. q. 19. num. 5.

2 Mandamus quatenus, &c.] Collige ex text. Papam posse beneficia conferre antequam vacent, & ad illa concedere expectatias, concordant text. in cap. propositus 4. de concess. praeend. & in c. p. 2. de praeend. lib. 6. resoluant Dec. in cap. ex parte in 1. n. 1. de officio delegat. Cardinal. in Clement. ult. n. 2. de rescript. Gom. in reg. de impetrantibus beneficia, q. 1. & 4. & in reg. de criminali q. 31. vers. sed antequam, & in tract. de expectatiis, à princip. maxime à n. 12. Rot. decis. 6. de concess. praeend. in antiq. Nauarr. in caps. quando pag. 3. de rescript. Rebuff. in praxi tit. de reprobata beneficii viuentis impetr. Mandol. in reg. 11. q. 10. n. 9. & in reg. de infirmis, q. 17. n. 11. Quae quidem conclusio procedit interueniente iusta causa, tunc enim Papa licite poterit beneficium vacaturum conferre. Patet si expensas Papam posse facere ea omnia, quae ad bonum commune ordinantur, licet alias occasio delinquendi ex hominum malitia usurpetur. Vnde merito Papa praedictum beneficium conferre poterit, dummodo id fiat data iusta causa, quae praedictum bonum commune suadeat, constat namque in hac specie non ius diuinum, sed tantum humanum, quod potest Papa offendere, illa autem occasio captanda mortis beneficiati ex malitia à prouiso usurpata non Pontificij bonum commune praetendenti, sed malitiae improbi hominis imputatur, ex reg. text. in l. 2. ff. de auct. tutorum.

Amplius procedere non tantum quando promissio, sed expectatiua sit in genere, vtrum etiam quando sit in specie certi hominis viuentis, patet si expensas conferre beneficium certi hominis non esse legi naturali nec diuinae positivae contrarium, non enim sequitur necessarium, datum est, seu promissum alicui beneficium certi hominis, ergo mortem eius desiderabit, sed tantum esse prohibitum in sacris Pontificum constitutionibus quasi periculolum, ex c. 2. de concess. praeend. in quibus Papa praecedente iusta causa dispensare potest, vt supra dictum est. Iungat quod verba posita in d. 22. ibi, nec desiderare, &c. non important praesumptionem diffinitiuam, quasi lex definit sic esse, sed

suppositiuam, iuxta eam doctrinam, quam inter vtramque praesumptionem constituit D. Thom. 2. q. 60. art. 4. ad 3. Sic cessat fundamentum Ias. & Alciat. in l. 1. C. de pactis, qui contendunt expectatias, per quas beneficia viuentium absque eorum consensu conceduntur, tanquam iuri naturali, diuino, dilectioni proximi, & praeccepto Decalogi de non occidendo, contrarias omnino illicitas esse. Sic sane verba d. c. 2. ibi, turpe, &c. intelliguntur vbi promissio, de qua ibi fit absque iusta causa.

In gloss. Cum se facultas, ibi, Legatus non potest dispensare contra Concilium. Vide Doctores citatos ad cap. cum dilectum 32. num. 12. supra de elect. pag. 119.

In ead. gloss. ibi, Sed solus Papa. Super Concilium 4 Papa dispensare censetur, si de eo faciat expressam mentionem, non verò per clausulas derogatorias generales, ita Cottain memorabili, verbo, clausula non obstant, Rebuff. in authent. habita, verbo exanatione, C. ne filius pro patre, & in praxi beneficii, tit. de dispensat. super defectu natalium, n. 24. Henric. in summa, lib. 1. c. 57. §. 1. Zerol. in praxi Episcop. p. 2. verbo absolutio, vers. dico quinto, Verall. decis. 176. p. 1. Vital. de Cambanis in tract. clausul. pag. 11. colum. 1. n. 2. Aloys. Ricc. in collect. decis. p. 4. collect. 1367. prope finem. Gutier. praxie, lib. 3. q. 17. num. 131. Fr. Emman. quest. Regul. tom. 1. q. 1. art. 10. & tom. 3. quest. 36. art. 2. & q. 39. art. 4. Flores de Mena variat. lib. 1. quest. 10. num. 50. Stephan. Gratian. discept. forens. c. 397. amum. 35. Azot. institut. moral. p. 2. lib. 5. c. 14. quest. 6. Nicolaus Garcias de benef. part. 4. cap. 5. mon. 30. Bonacina de censuris, disp. 1. quest. 3. puncto 2. num. 4. in fine, Campanil. in diuersorio iuris Canonici, rubric. 11. cap. ult. num. 27. & rubr. 12. cap. 13. num. 154. vers. in causa, Valer. Reginald. in praxi fori poenitent. lib. 5. num. 2. Hieronym. Fernandez de Ottero ad cap. 1. de iudiciis, num. 10. cum sequentibus; nam constitutio Conciliaris tacite continet clausulam derogatoriam, & propterea ei non derogatur per clausulas generales, Caputaquen. part. 1. decis. 268. Aloys. Ricc. dict. part. 4. collect. 849. & in praxi fori Ecclesiastic. decis. 556. in 1. edit. & resolut. 478. num. 4. in 2. edit.

S V M M A R I V M.

- 1 Electio non tenet cum ad vnam praebendam duo simpliciter eligantur.
- 2 Electio facta ad importunum clamorem non valet.
- 3 Beneficiorum sectio est prohibita.
- 4 Beneficium cum vacat potest ex iusta causa in duo diuidi, si facultates illius sufficiant.

CAP. Tutæ. XX.

Quando duo eliguntur ad vnam praebendam, electio non tenet, quia nec praebenda potest diuidi, nec vnus expectare. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Henric. Panorm. Butr. Vician. in variation. lib. 3. iuris Pontif. pag. 53. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 377. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 5. c. 7.

Propter importunitatem perentium, &c.] Notatur ad hoc, quod electio facta ad importunum clamorem non valet, vt per Palat. in reper. rub. de donat. inter virum & uxorem, §. 81. n. 2. Sanch. de matrim. lib. 4. disp. 7. num. 4. Per importunitatem enim obtemperant dicuntur fieri

fieri invito dante, Palat. d. 8. l. n. 5. Rebuff. tom. ad leges Gallie, tit. ut beneficia ante vacationem, art. 2. gloss. 15. vers. ratio est. Matiencl. l. 19. gloss. 1. n. 1. tit. 1. lib. 5. noua recop. ac proinde non valent, Azuced. l. 1. n. 3. tit. 10. lib. 5. noua recop.

3. Quod præbendarum inhibet sectionem.] Notatur ad hoc quod sectio beneficiorum est prohibita, vt per Nicol. Garc. de benef. part. 1. cap. 4. a. num. 2. & ceteros citatos per me ad cap. maioribus, 8. num. 2. supr. hos titul.

4. In gloss. Sectionem ibi. & eodem modo una Præbenda, &c.] Notatur ad hoc quod beneficium cum vacat, potest ex iusta causa in duo diuidi, si facultates illius sufficiant, sique erunt duo beneficia, duoque iura, vt per Valer. Reginald. in praxi fori panit. lib. 30. tract. 3. n. 248. vers. addendum.

SYMMARIVM.

1. Iudex compromissarius factus inter duos electos ad aliquam dignitatem, potest eum confirmare, & alteri pro bono pacis de prouisionibus prouisionem facere.
2. Actus, qui potuit geri ex duplici potestate, sustinebitur ex ea, qua melius valere potest.
3. Pax, & concordia vt conseruentur multa de iure conceduntur.
4. Laudum arbitri, & arbitratoris rite latum fuisse præsumitur.
5. Nobilis, & bonus cum quis est, præsumuntur omnia rite ab eo gesta.
6. Delicta eorum, qui alijs moribus, & scientia clarentur, mitius accipienda sunt.
7. Beneficium ius quæsitum habenti in beneficio licet colligant super beneficio pro bono pacis aliquid temporale dare, vt liti cedat.
8. Pensiones, quæ transeant ad successores in beneficio, non potest Ordinarius imponere, & n. 9.
10. Pensiones sunt onera realia.
11. Pensio reservata de consensu eius, quem apparet ius non habere in beneficio, non afficit verum prouisionem non consentientem.

CAP. Nisi essent. XXI.

1. Iudex compromissarius à duobus electis ad aliquam dignitatem, potest illam vni dare, & alteri pro bono pacis de prouisionibus prouisionem facere, dum tamen non procedat hoc ex pacto partium: ad quam prouisionem præstandam tenentur tantum prouisus, non item eius successor. Colligitur ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Anchar. Butr. Panorm. Dec. Viu. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 53. Alagonain compend. iuris Canon. pag. 378. remissio Catal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. Ang. collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 5. c. 8.

2. Ex arbitraria potestate.] Notatur ad hoc quod actus, qui potuit geri ex duplici potestate, sustentabitur ex ea, qua melius valere potest, vt per Gregor. Lop. l. 6. verbo que la no pudiese, col. 7. tit. 1. p. 6. Molin. de primog. lib. 2. c. 7. prope fin. n. 68. vers. illud.

3. De pro bono pacis.] Quia pro conseruanda pace, & concordia multa de iure conceduntur, quæ alijs licita non essent, vt per Mandos. in addit. ad Roman. cons. 306. in casu sub lit. D. Ludou. Gom. in reg. de annali. q. 2. n. 3. cum segg. Alphons. Hoied. de incomparib. benefic. c. 26. num. 6. cum segg. Flamin. Paris. de resign. benefic. lib. 5.

c. 3. ex num. 165. Gonzal. id reg. 8. Cancel. gloss. 25. num. 12.

Hoc ordinasse fatentur.] Notatur ad hoc quod laudum arbitri, & arbitratoris rite latum fuisse præsumitur, vt per Corlet in sing. arbit. incip. laudum, Mascard. de probat. concl. 963. & ceteri. 1003. num. 14. Nam contractus, qui solent fieri ab honestis personis, à suspicionem alieni præsumuntur abhorre, Tiraquel. de retractu conuent. ad fin. tit. n. 132. Et cum quis est nobilis, & bonus, præsumuntur omnia rite ab eo gesta, vt per Menoch. cons. 39. n. 16. cum segg. Cald. Pereira de emptione, & vendit. c. 34. n. 42. & delicta eorum, qui alijs moribus, & vitæ integritate summa clarentur, mitius accipienda sunt, cum legalitas, & virtus personæ faciat recedere à regulis iuris, vt per Rebuff. in tract. nominat. q. 21. n. 15. Tiraquel. de panis temper. causa 51. à princ.

Non quidem ex passione partium, &c.] Notatur ad hoc quod licitum est vni ex litigantibus super beneficio ius habenti quæsitum pro bono pacis, vel ex alia iusta causa dare temporale aduersario, vt liti cedat, vel adhuc à grauiamine desistat, non sola ipsarum partium auctoritate, sed ex iussione iudicis; verum quando nullum ius ei quæsitum est, neque ex inferiorum iudicum auctoritate huiusmodi rei temporalis datio licere potest, vt euidenter probat text. in cap. 2. sup. de arbit. Ratio differentia est, quia quando ius quæsitum proponitur, qui temporale dat pro bono pacis, vel alia iusta de causa, non dicitur spiritualia emere pro temporalibus, quippe cum iam sibi quæsitum sit, solum remouet grauiamen postea illarum super spiritualibus, quod suum est, ac subinde cum temporale non datur pro spiritualibus, nulla simoniæ labe involuitur: longè tamen, & omnino diuersum contingit, quando ius quæsitum non proponitur, quia cum dans temporale, spirituale ipsum de nouo consequatur, nullumque antea ius habuerit, iam propriè dicitur emere ius ipsum spirituale pro temporalibus, quod quidem indicis præsentia cohonestari non potest, cap. ult. de rerum permut. Probat distinctionem S. Thom. in 4. dist. 25. q. 3. art. 2. quæstion. 1. in resp. ad 7. & communis facciunt quæ Valer. Reginald. in praxi fori panit. lib. 23. n. 253. Pro concordia tamen text. in præsent. cum illo in d. cap. ult. infr. de rerum permut. vide quæ ibi latè dixi cum Soar. de Relig. tom. 1. lib. 4. de simonia, cap. 51. à n. 21.

Ex arbitraria potestate.] Ergo partes litigantes circa aliquod beneficium possunt arbitrum de communi consensu eligere, quamvis non sit Prælatus, vel iudex causæ, vt per Soar. d. lib. 4. de simon. cap. 51. num. 24. Valer. Reginald. d. lib. 23. n. 25. vers. quod autem, Bonacin. d. quæst. 4. §. 1. n. 12. hoc intelligentes, modò is, in quem huiusmodi arbitrium compromittitur, sit Clericus.

Sed persona Prioris maneat onerata.] Ergo Ordinarius non potest pensiones imponere, quæ transeant ad successores in beneficio, sed tantum, quæ durent ad vitam consentientis. Ita Staphil. de literis iustitiæ, tit. exceptio sola plus operatur, &c. n. 14. Nauar. cons. 8. num. 9. de inueparon. & cons. 43. n. 4. de simon. Flamin. de confident. quæst. 28. n. 120. Azof. instit. moral. part. 2. lib. 8. cap. 6. quæst. 1. vers. extra omnem. Valer. Reginald. in praxi fori panit. lib. 23. num. 259. Bonacin. de simonia quæst. 4. §. 1. n. 5. num. 9. vers. quod verò, & in iudicando hanc sententiam esse dicit Gamb. de officio legati, lib. 6. à num. 285. & num. 685. Quamvis contrarium, nempe quod Episcopus ex causa concordie, & vt à lite recedatur, possit pensiones imponere, quæ transeant ad successores in beneficio, teneant Sarnen. in reg. de annali, quæst. 2. Mandos. in reg. 33. quæst. 14. num. 11. Gie.

de pensionib. quest. 85. num. 1. & 11. Redoan. de simonia, part. 2. cap. 4. num. 14. & cap. 21. num. 36. Marchef. de commiss. part. 2. e. 40. de commissione appellat. n. 41. & 44. Quintanad. lib. 2. Ecclesiasticon, num. 44. Franc. Leon. in thes. auro ferri Ecclesiast. part. 2. cap. 7. n. 28. & 32. Soar. de Relig. tom. 1. lib. 4. cap. 51. num. 18. loquuntur enim contra text. in presenti, nam si in casu illius Papa non vult tolerare, ut pensio imposita ex causa pacis & concordie transeat ad successores, ne circa proventus aliqua videatur facta sectio, clarum videtur inferiores à Papa, quamvis non sint iudices delegati, ut hic, sed Ordinarii, ut Episcopus, vel Legatus, non posse ex causa concordie imponere pensionem, quæ transeat ad successores, ut eleganter respondet Nicol. Garc. de benef. part. 2. cap. 5. n. 334. Vnde cessat euasio, Gamb. d. lib. 6. n. 402. & Soar. d. lib. 4. e. 51. n. 18. ac Fr. Raph. de la Torre de relig. tom. 2. quest. 100. art. 5. disp. 1. 2. vers. sed hâstrabit, dum aiunt pensionem de qua hic, non potuisse obligare successorem non simpliciter, ea ratione, quia quasi videretur facta sectio beneficii, sed quia qui sic ordinaverunt, erant delegati non habentes in præmissis iurisdictionem ad obligandum successores.

9 Intellige dummodo non interveniat aliqua conventio inter partes de pensione referenda, non enim ab eis, sed à superioris auctoritate initium habere debet, ut probat text. in presenti, & ex eo colligitur Rebuff. de pacificis possess. n. 122. aliis 105. & in repet. cap. extirpande, & qui verò not. 6. Camil. Cant. in tract. de pensione Episcopali, n. 5. & alij plures, quos refert, & sequitur Nicol. Garc. d. cap. 5. n. 340. ubi num. 343. refert Rotam in una Calaguritana pensionis 29. Maij 1595. coram bonæ mem. Penia decidisse ad hoc, ut amicabilem compositio valeat, & partes à vitio simoniae excusentur, conventionem de pensione referendam à superioris auctoritate, non ab ipsis partibus, vel à compromissariis initium habere debere, quamvis Vgolin. de simonia, tab. 1. de simonia gratie, cap. 28. §. 3. num. 1. asserat posse iudicem pro bono pacis pensionem imponere, & conventionem probare, etiam si partes inter se convenissent, modo is, apud quem remanet beneficium, ius habeat, in eo; & quamvis Soar. d. lib. 4. cap. 51. num. 20. & Fr. Raph. de la Torre d. quest. 100. art. 5. disp. 12. teneant posse Episcopum ad petitionem partium, & eam conventionem præcedente approbare concordiam, seu transactionem super beneficio litigioso cum onere pensionis spiritualis, id est, quæ datur Clerico, ut Clerico, &c. & denique quamvis Bonacin. de simon. q. 4. §. 15. n. 10. vers. tertia, resolvar huiusmodi pensionem imponi posse ex prævia petitione, & requisitione partium, modo partes non absolute inter se convenerint de huiusmodi pensione, & postea illius confirmationem petant ab Episcopo.

Clarius tamen supradicta colligendo dicendum mihi videtur, litigantibus super beneficio licitum esse transigere, siue recedere à lite, data certa pensione, vel solutis expensis factis in lite & Bullis alteri parti, alia remanente cum beneficio, quatuor concurrentibus. Primum, ut fiat transactio pro bono pacis, & ad extinguendam litem, ut sic videatur non fieri pro pretio sibi dato, iuxta text. in presenti. Secundum, ut non fiat dicta transactio per partes, sed per iudicem ex officio pro bono pacis statuat, ut dicit gloss. verbo non dominus, in d. c. cum pridem, de pactis, & Innocent. in cap. de cateris, n. 3. de transact. nisi esset gratuita compositio, Hieron. Paul. in praxi Cancel. §. super beneficia, solius enim Romani Pont. est approbare pactiones huiusmodi, Menoch. conf. 1117. num. 5. Tertiò, ut sit index ordinarius, vel delegatus Papa: datus ad provi-

dendum de illo beneficio, Imol. & Doct. in presenti, Quartò, ut is, qui remanet cum beneficio litigioso, habeat ius, & proprietatem eius, & etiam possessionem, vel ut non possideat propter potentiam aduersarii, aliàs enim si litigiosam possessionem pecunia redimeret, committeret simoniam; ita probat text. sic intelligendus in cap. dilectus, §. 1. de simonia, & notat gloss. 1. in c. decimas §. 1. 6. q. 7. Abb. n. 4. & 8. Felin. n. 2. Anan. n. 4. in d. cap. dilectus, Leccerier. de primog. lib. 3. q. 8. latè Valer. de differentiis inter utrumque forum, verbo pensio, differ. 5.

Quod autem Episcopus ex causa aliqua possit reservare pensionem ad vitam, censuerunt Gig. de pension. q. 6. n. 2. Rebuff. de pacificis possess. n. 120. & in praxi tit. de reservat. tam generali quam speciali, n. 28. Camil. Cant. de pension. Episc. in princ. a num. 1. Paul. Roman. de pension. c. 4. n. 10. Caccialup. eod. tract. q. 13. n. 4. Gamb. de officio Legati, lib. 6. a. n. 77. Hippol. Riminald. conf. 298. n. 26. quam etiam opinionem, quamvis ad alium effectum, simpliciter videtur approbare Rot. in una Meliten. Canonicius, 59. Maij 1595. coram Illustriss. D. meo Card. Millino, impressa apud Marchef. tom. 1. n. 611. & in recent. p. 2. decis. 166. n. 4. & hanc opinionem latissime conatus est defendere Garc. de benef. p. 1. c. 5. n. 225.

In gloss. Prioratus. Notatur ad hoc quoddam pensiones sunt onera realia, sicut sunt decime, census, collecta, &c. similia, ut per Flamin. de resignat. lib. 1. q. 8. n. 30. & lib. 6. q. 2. n. 97. Bellef. de iur. clerico, p. 1. tit. de clerico debitor, §. 8. a. n. 5. Gig. de pensionib. q. 39. n. 1. & q. 40. num. 1. & q. 47. n. 2. Bursat. conf. 361. n. 32. Iacob. Gall. conf. 67. n. 1. Seraph. decis. 1351. n. 1. Rot. decis. 176. n. 3. p. 2. recent.

Intellige quando pensiones sunt reservatae cum consensu viri titularis, pensio enim reservata de consensu eius, quem apparet ius non habere in beneficio, sed ipsum spectare ad alium, cui etiam fuit adiudicatum, non afficit verum prouisum non contententem, sed remanet extincta extincto iure contententis, Gig. conf. 142. n. 3. vers. secundo verò casu, cum seqq. Gamb. de officio Legati, lib. 6. tit. de pensionib. cum seqq. in fine, & seqq. sentit Rot. decis. 437. sub n. 1. in fin. p. 1. recent.

Intellige etiam procedere, nisi pensiones extinctæ sint, & inter casus extinctionum pensionis ille est notabilis, quem ponit Rot. in causa civitatis plebis pensionis 15. Junij 1616. coram bonæ mem. Card. Sacrato. Fabius resignavit Parochialem reservatam sibi pensionem cum facultate regrediendi ad Parochialem casu, quo pensio sibi non resolveretur cessante resignatio solvere pensionem, Fabius obtinuit se immitti in possessionem Parochialis, provt realiter fuit immittus, appellavit resignatarius, & causam appellationis obtinuit committi in Rota cum claus. sine præiudicio executionis, postea fuit concordatum, & resignans remisit resignatario possessionem Parochialis, & per multum tempus exegit pensionem, mortuo demum resignatario, & per illius obitum promiso Angelo, ipse dedit de extinctione pensionis, quasi quod per dictum resignantis ad Parochialem resignatam pensio adinstar ususfructus fuerit consolidata cum proprietate, ex cumulatis per Gig. de pensionib. q. 49. n. 7. & hoc stante non poterit per simplicem concordiam inter resignantem, & resignatarium sine novo beneplacito Apost. reviniscere, Gamb. de officio Legati, lib. 6. n. 483. cum pluribus seqq.

Contrariam sententiam, quoddam scilicet pensio non fuerit extincta, tenuerunt Domini de Rota in causa supra adducta, moti ex eo, quia lis inter resignantem, & resignatarium nunquam fuit finita stante commi-

sione appellationis, de qua *supra*; tunc ex eo, quia index non poterat incipere ab excusatione, sed debebat procedere ordinariè canonizando regreßum, Castad. decis. 4. de locato, Gambar. lib. 6. n. 472. unde resignatarius de facili obtinisset in primis reuocari immisionem, hoc stante quod lis inter resignantem, & resignatarium non fuerit finita, pluribus rationibus ibi concludebatur pensionem non fuisse extinctam; tunc denique, quia ipse resignatarius ante finitam litem poterat pœnitere, offerendo soluere pensionem, Sarnen. *super reg. de subrogan. quest. 7. vers. secundus casus est*, Rot. in Placentina Decanatus 10. Novembris 1595. coram bonæ mem. Penia. Atque ita non obstat Gambar. lib. 6. n. 483. *supra in principio* allegatus, quia loquitur quando per sententiam est canonizatus regreßus, quod debet intelligi per sententiam, quæ fecerit transitum in rem iudicatam, nam aliàs sententia per appellationem suspenditur, & durante lite habetur ac si non esset, & ipsemet Gambar. *ibid.* sub n. 439. cum seqq. admittit quod resignans lite pendente potuit pœnitere, & renuntiare regreßui.

S V M M A R I V M.

- 1 Canonici privilegiati a Papa super certo numero, si sione receperunt aliquem ultra numerum contra imperantes, exceptione numeri vi non possunt.
- 2 Delegatus virtute clausule, contradictores, &c. non potest alia pœna punire, quàm per viam excommunicationis, & interdicti.
- 3 Clausula, contradictores, &c. solum habet locum contra contradicentes de facto, & non de iure.

CAP. Pro illorum. XXII.

- 1 Canonici quando obtinuerunt à Papa privilegium super certo numero Canoniorum, quem ipsi deinde non seruant, si Papa vult aliquem admitti supra numerum cum stallo, loco, & distributione, non possunt contra illum vi exceptione numeri, imò tenet excommunicatio contra ipsos. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Anchar. Butr. Panorin. Viuiam. in ration. libri 1. iuris Pontif. pag. 54. Alagona in compendio iuris Canonici, pag. 378. remissimè Ximen. in concord. part. 1. & 2. refertur ab Ant. August. collect. 3. Decretal. lib. 3. tit. 5. c. 9.
- 2 Contradictores, &c.] Delegatus enim virtute huius clausule non potest alia pœna punire, quàm per viam excommunicationis, & interdicti, vt per Azueu. l. 1. n. 22. tit. 5. lib. 8. noua recopil. quem refero ego ipse in remiss. de dictionib. claus. 15. n. 4. vbi à princip. aliqua super hanc clausulam dixi.
- 3 In gloss. Contradictores, ibi, qui de facto contradicunt, & non de iure. Notatur ad hoc quod clausula, contradictores appellatio postposita compescendo, solum habet locum contra contradicentes de facto, non contra contradicentes de iure, id est, per viam iuris, seu iudicis, vt per Abb. hic n. 9. Nauar. in cap. cum contingat, causa 7. nullus. num. 3. de rescript. & cons. 29. num. 2. sub tit. de sentent. excom. in antiq. Flamin. de resignat. lib. 1. quest. 4. n. 44. Fr. Emman. quest. Regular. tom. 1. quest. 8. art. 12. Zerol. in praxi Episc. p. 2. verbo contradictores, & verbo litera Apost. Lancel. de attent. tit. de attentatis appellat. pend. p. 2. cap. 12. limit. 9. num. 31. Rendina in prompt. recept. sentent. tom. 1. tit. 16. n. 5. Seraphin. Rotæ decis. 1. 71. n. 3. D. Mart. de clausulis p. 1. claus. 21. Marchel. de commissionib. p. 2. pag. 491. n. 4. Card. Tusch.

rom. 1. lit. C. concl. 320 Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 9. §. 1. in annot. num. 242. Nicol. Garc. de benef. p. 5. cap. 2. num. 115. cum seqq. Campan. in directorio iuris Canon. rubr. 11. cap. 13. a num. 224. Flores de Mena var. lib. 1. q. 4. n. 44. cum aliis per me citatis in tract. de clausul. 2. susfreq. claus. 33. n. 4.

S V M M A R I V M.

- 1 Ordinari potest in Sacris, qui beneficium Ecclesiasticum sufficiens non habet, si habeat patrimonium idoneum accedente Episcopi dispensatione, &c. n. 2.
- 2 Patrimonij sub vocabulo, ad cuius titulum potest quis ordinari, qui veniat, ostenditur.
- 3 Patrimonium ad cuius titulum quis est ordinandus, debet constare super re certa, & immobili.
- 4 Episcopus tenetur providere illi, cuius titulus ad quem promotus fuit, chasmate, vel allusione perit.
- 5 Decima sunt soluenda patrimonio ad cuius titulum quis fuit ordinatus.
- 6 Episcopus tenetur etiam supplere ritulum ordinato habenti illum, sed non sufficientem.
- 7 Bonas ad quorum titulum fuit quis ordinatus, non possunt alienari sine licentia Episcopi.

CAP. Tuis quæstionibus. XXIII.

Non beneficiatus si habet legitimum patrimonium, potest ad Ordines sacros promoveri, si aliud Canonicum impedimentum non obstat. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Butr. Anchar. Henric. Panorin. Viuiam. in rationali lib. 3. iuris Pontif. pag. 55. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 378. remissimè Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Anton. Aug. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 6. c. 11.

De patrimonialibus bonis habentes, &c. Probat hic text. non beneficiatum habentem sufficiens patrimonium posse ad sacros Ordines promoveri. Hodie ex nonioris dispositione Concil. Trid. sess. 21. de reform. c. 2. qui beneficium Ecclesiasticum sufficiens non habet, si habeat patrimonium idoneum, ad illius titulum ordinari potest, si Episcopi dispensatio præcedat; nec semper conuenit hæc dispensationem elargiri, sed ex causa, prout eiusdem Concil. verba clare demonstrant, ibi, nisi illi, quos Episcopus iudicauerit assumendos pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum suarum; quare cum Concil. permittat Episcopis facultatem dispensandi cum aliqua prædictarum causarum, si illa desit, sublati debet esse prædicta potestas, ex reg. cap. cum cessante, de appellat. & in his terminis obseruat Nauar. cons. 1. n. 2. de tempor. ordin. in nouis, quem refero ego ipse de offic. & potest. Episc. p. 2. alleg. 19. n. 53.

Patrimonij sub vocabulo in hac re intelligitur non solum quicquid ex patris bonis filio obuenit, verum etiam omne id, quod aliunde, & quavis ex causa illi delatum est; quia satisfit intentioni Canonum, & Concilij, vnde cumque habeat victum, ne mendicet: ita Campanan. directorio iuris Canon. rubr. 8. cap. 4. num. 1. Vgolin. de officio Episcopi, cap. 26. §. 9. num. 3. dummodo super re certa constituatur, itavt sciri possit an ad sustentandum Clericum sufficiens sit, vt habetur in Concil. Trident. d. cap. 2. nam si res incerta sit, id sciri minimè potest, vt per se patet; quare attempta illa Conciliari dispositione nullus poterit promoveri ex industria sua, vel honesto labore, puta quod si Musicus, Magister Grammaticæ, Pictor, aut alterius licitæ professionis

58 Collectanea Doct. in lib. III. Decretal.

fessionis, ex qua tantum querit, quod sit sufficiens ad sustentationem vite, ita decum referunt Armend. in addit. ad recap. legum Nauarres lib. 2. tit. 8. l. 1. de patrimonio clericorum, num. 18. Nicol. Garc. de benefic. p. 2. cap. 5. num. 126. Pariter etiam requiritur quod super re immobili constitutur, nam si super rebus mobilibus constitutum sit, non esset satisfactum menti Concilij Trident. cum res mobiles facile vel extinguantur, vel consummentur, ita Nau. conf. 3. 4. de tempor. ordin. Grassi. tom. 1. sub cod. tit. conf. 4. Azor. insit. moral. part. 2. lib. 3. c. 7. 7. Vgolin. d. c. 26. §. 10. n. 1. Aloys. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. decis. 315. in 1. edit. & resol. 273. in 2. edit. Si tamen penuria Sacerdotum existat, poterit quis sine patrimonio ad sacros Ordines promoueri, dummodo adsit, qui ei spondeat necessaria subministratum, quod a sacra Congreg. fuisse decum referunt Flamin. de resignat. lib. 2. q. 6. n. 11. Armend. d. loco, num. 2. & 3. Campan. d. c. 4. n. 6.

5 In gloss. De patrimonialibus ibi, sed quid si patrimonium istorum perierit chasmate, vel allumione, &c. Notatur ad hoc quod Episcopus tenetur prouidere illi, cuius titulus ad quem promotus fuit, chasmate, vel allumione perit, vt per Henric. n. 1. & Imol. n. 7. quam doctrinam intelligo procedere si parens soluendo non sit, d. p. 2. alleg. 20. n. 13.

6 In gloss. Congruum, vlt. ibi, sed nunquid tenetur soluere decimas de tali patrimonio, &c. Notatur ad hoc quod de patrimonio, ad cuius titulum quis fuit ordinatus, tenetur soluere decimas, vt per Aloys. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. decis. 605. in 1. edit. alias resol. 529. in 2. edit. quem refero ego ipse d. p. 2. alleg. 19. in fine, & me citato, ibi, & hic. D. Mar. Cutel. de donat. inter patrem, & fil. tract. prima discurs. 2. part. 1. n. 84.

7 In ead. gloss. ibi, Tenetur ei ad supplementum. Notatur ad hoc quod Episcopus tenetur etiam supplere titulum ordinato habenti illum, sed non sufficientem, vt per Imol. hic non. 8. vers. in gloss. fin. Iacob. de Grassis in auersis decis. lib. 3. cap. 2. num. 19. Hentiq. in sum. lib. 10. c. 17. §. 3. lit. Q & R.

8 In ead. gloss. ibi, Sed nunquid potest vendere patrimonium tale, videtur quod non, &c. Quamvis hac gloss. in vltima opinione illud vendi posse absolute responderit, tanquam rem ipsam habere videatur dum pretium habet, ex sententia Caij in l. quia qui pretio, ff. de usufructu, vt per Imol. & Abb. hic n. 8. Selu. de benef. p. 1. q. 3. n. 8. Conar. in cap. Raynaldus, de testam. §. 2. n. 7. Redoan. de rebus Eccles. non alien. rubr. 33. casu 13. Cenal. commun. contra commun. q. 527. n. 1. Garc. reg. 165. n. 7. Gutier. canon. lib. 2. q. 65. n. 10. & 11. & alios, quos refert, & sequitur Nicol. Garc. d. c. 5. n. 181. cum quibus tenet ante Concil. alienari posse sine licentia Episcopi patrimonium, ad cuius titulum quis fuit ordinatus. Contraria tamen opinio verior est, nam cum huiusmodi patrimonium expresse fuerit assignatum in titulum, nulla habenda est consideratio illius rationis, quod pretium succedat loco rei, eo quod facilius consumitur pretium, quam res immobilis, cum pecunia sit inter res, quæ seruando nequeunt conseruari, l. 1. §. fuit questum, ff. ad Trebel. quare ita resoluit Cenall. commun. contra commun. q. 527. num. 2. & 3. Campan. d. rubr. 8. c. 6. n. 7. Quicquid sit de iure, hodie per Concil. Trid. d. c. 2. bona, ad quorum titulum fuit quis ordinatus, alienari non possunt sine licentia Episcopi, ad verba ibi, atque deinceps sine licentia Episcopi alienari, aut extinguere, vel remitti nullatenus possit; quæ verba inducunt nullitatem actus ipso iure, iuxta tradita per me in Remiss. de diction. & claus. dist. 192. n. 4. & ideo in proposito talium bonorum alienationem esse ipso iure inuolidam resoluunt Bellet. disquisit. cleric. p. 1. tit. de bonis cleric. §. 1. n. 46. Nauar. conf. 17. num. 2. & 4. &

conf. 21. n. 2. de tempor. ordinat. Flamin. de resignat. lib. 2. q. 6. n. 16. Nicol. Garc. d. c. 5. n. 176. Campan. d. rubr. 8. c. 6. n. 8. Ego ipse d. alleg. 19. n. 77. Illustriss. D. meus in comment. ad cap. 1. n. 19. dist. 70. Cenall. commun. contra commun. q. 527. Stephan. Gratian. discept. forens. c. 750. num. 18. in fin. tom. 3. Fontanel. de pactis mpt. claus. 5. gloss. 1. p. 1. n. 65. me citato D. Marc. Cutel. de deuotion. inter patrem & filium, tract. prime disc. 2. part. 12. num. 74.

Quæstio est in hac materia non contemnenda, an attenda eadem Conciliari dispositione valeat alienatio, seu renuntiatio patrimonij, ad cuius titulum quis Sacris fuit ordinatus, facta sine licentia Episcopi, si tunc habeat beneficium, seu alias vnde commodè viuere possit: in qua affirmatiuam partem sequuntur Flamin. d. q. 6. n. 16. Cenall. q. 527. n. 8. q. 561. a n. 21. Steph. Gratian. discept. forens. c. 159. n. 14. Azor. insit. moral. p. 2. lib. 3. c. 4. q. 3. Nicol. Garc. d. c. 5. n. 186. Filline. tom. 3. tract. 41. c. 1. n. 5. in fine, vers. donec. Sed contraria opinio negatiua longe verior est, vt adnotauit ego ipse d. p. 2. alleg. 19. num. 90. quamque tenetur Vgolin. dist. c. 26. §. 13. n. 4. Cened. pract. lib. 1. q. 11. n. 9. Campan. d. rubr. 8. cap. vlt. n. 9. vers. & obuiam. Mor. Cutel. d. loco, num. 77.

Vtrum autem sicut quis prohibetur patrimonium, 10 ad cuius titulum fuit ordinatus, alienare, eodem modo prohibetur permutare? Respondebitur affirmatiue, vt per Steph. Gratian. d. c. 159. n. 3. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. §. 10. n. 35. cum segg. Rota apud Farin. decis. 612. collect. 1. noniss. alias p. 4. diuers. D. Mar. Cutel. ubi supra n. 81. vers. amplio 3.

SVMMARIVM.

- 1 Clericus absens per alium, vel alius magis pro ipso potest inuestiri de beneficio Ecclesiastico.
- 2 Procurator ad capiendam possessionem beneficij potest laicus constitui; proit etiam ad renuntiandum, & accipiendum beneficium Ecclesiasticum.
- 3 Mandatum speciale requiritur ad capiendam beneficij possessionem.
- 4 Mandatum speciale ad acceptandum beneficia Ecclesiastica sat dicitur, licet specialiter aliquid beneficium minime fuerit nominatum.
- 5 Procurator querit domino possessionem per actum factum.

CAP. Accedens. XXIV.

Clericus absens per alium, vel alius magis pro ipso potest inuestiri de beneficio Ecclesiastico. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabara. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Henric. Panorm. Viuian. in ration. lib. 3. iuris Pontificij, pag. 55. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 378. remissum Ximen. in concord. p. 1. & 2.

Per alium. Etiam laicum, nam illum procurator rem posse constitui ad capiendam possessionem beneficij resoluit Flamin. de resignat. benef. lib. 10. quest. 5. num. 14. vbi num. 15. refert in Rota decum huiusmodi mandatum strictè esse interpretandum, nec ad beneficia alterius Diocesis extendendum. Sic etiam eodem modo laicus potest procurator constitui ad renuntiandum, & acceptandum beneficium Ecclesiasticum, vt per Bonacol. tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 10. num. 14. pag. mibi 184. Flamin. d. lib. 10. quest. 8. n. 35. & quest. 6. num. 14. Rebuff. in tract. nominat. quest. 14. num. 96. Illud cum Innocent. in presenti, menti tenendum est, ad possessionem capiendam beneficij requiri 3 manda

De Præbendis, & Dignitatibus, Tit. V. 59

mandatum speciale, vt per Flamin. d. lib. 10. q. 6. n. 13. Sicut etiam requiritur ad illud acceptandum, ita vt non sufficiat generale, Conar. lib. 3. var. c. 16. n. 4. & 5. Capell. Tholof. decis. 486. Villalob. tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 24. n. 15. pag. 611. Camil. Borrell. in summa omnium decis. tit. 66. n. 165. Flamin. d. lib. 10. q. 8. n. 34. 4. Vbi etiam, quod si dicitur mandatum speciale ad acceptandum beneficia Ecclesiastica, licet specialiter aliquod beneficium minime fuerit nominatum, quo casu poterit acceptare beneficia curata, & dignitates, vt resoluunt Rebuff. in tract. nominat. q. 9. n. 6. 5. Inuestiri. Notatur ad hoc, quod per actum solum procurator quærit domino possessionem, vt per Tiracuell. de constituto. p. 2. ampl. 26. a princ. & in tract. leuati. in prefat. declar. 1. n. 5.

S V M M A R I U M.

- 1 Duo vbi ad vnam Canoniceam & præbendam sunt simpliciter recepti, receptio non tenet, etiam interveniente Apost. auctoritate.
- 2 Episcopi possunt licite, & honeste nepotibus suis, & consanguineis pauperibus idoneis beneficium conferre.
- 3 Remunratio beneficii faciendi coram Episcopo debet esse sine ullo pacto, modo, seu conditione.
- 4 Beneficia consistentia in Ecclesiis non numeratis nunquam vacant.
- 5 Beneficium dicitur res spiritualis.
- 6 Duo ad vnam præbendam eligi non possunt.
- 7 Gesta contra prius iuramentum non valent in actibus spiritualibus, & temporalibus.
- 8 Decretum irritans ligat etiam ignorantes.
- 9 Agens auditur si velit probare non Canoniceam institutionem etiam in facto.

C A P. Dilecto. XXV.

1 PRæbendarum numerus quando est certus, vacante vna non possunt duo ad illam eligi, neque per Legatum Papæ, quia ius spirituale non potest diuidi. Et si electi accipiunt dimidiatos fructus, tenentur restituere, & electio est nulla. Et si agatur cum vno, & condemnatur, condemnatio ista non nocet alteri electo, & alter etiam condemnari debet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Hent. Butr. Panor. Viuiam. in ration. lib. 3. iur. Pontif. pag. 56. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 379. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. referunt ab Anton. August. collect. 4. Decret. lib. 3. tit. 2. c. 1. 2. Nepoti suo. Ergo Episcopi possunt licite & honeste nepotibus suis, & consanguineis pauperibus idoneis beneficia conferre, vnde se valeant sustentari, vt per Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de bonis clericorum, §. 11. n. 3. Lambertin. de iure patron. lib. 2. p. 1. q. 8. princ. art. 12. n. 10. Menoch. de presumpt. lib. 5. presumpt. 35. n. 9. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. in protom. §. 4. n. 47. Flamin. de resignat. lib. 9. q. 17. n. 123. quem refero Ego iple de officio, & potest. Episc. p. 1. tit. 2. gloss. 9. n. 30. & iustam esse causam in reservatione personis expressam per Episcopum, videlicet amoris, quo F. vt pote suum ex fratre nepotem prosequitur, tenet Rota decis. 66. n. 5. apud Farin. p. 2. recent. maiorem enim charitatem, & pietatem in suos, quam in extraneos exercere quis debet, cap. non satis 86. dist. omni videlicet cessante fraude, & presumptione, quæ pro consanguineorum affectione stat, capite quisquis 12. q. 2. cap. in Canonibus 16. q. 1. Vnde ad hoc propositum elegans est Concil. Trident. dispositio sess. 25. de reformat. c. 1. in hæc verba. Omnino verò eis interdicit, ne ex redditibus Ecclesiæ consanguineos, familiaresve suos augere non studeant, cum & Apostolorum Canonēs prohibeant, ne res Ecclesiasticas, quæ Dei sunt, consanguineis donent; sed si pauperes sint, iis vt pauperibus distribuunt: eas autem non detrahant, nec dissipent illorum causa, imò quam maxime potest, eos sancta Synodus monet, vt omnem humanum hunc erga fratrem, nepotes, propinquosque carnis affectum, vnde multorum malorum in Ecclesiâ seminariū extat, penitus deponant.

3 Liberaliter resignauit. Id est, sine conditione, pacto, vel respectu, vt per Nauarr. in c. si quando, de rescript. except. 4. renuntiatio enim debet esse sine ullo pacto, modo, seu conditione, alias simoniaca est, & nulla, vt tenent multi, quos refert, & sequitur Nicol. Garc. de benef. p. 11. c. 3. n. 145.

4 Quod ex electorum assensu de nouo creatur. Notatur ad hoc quod beneficia consistentia in Ecclesiis non numeratis nunquam vacant, sed confestim quod titularis decidit, supprimuntur, expirant, & cessant, ac esse desinunt, vt per Imol. n. 7. Butr. n. 8. Abb. num. 9. & omnes in presenti. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 9. §. 3. num. 9. & 10. Vnde Canonicus in Ecclesiis receptiuus propriè non dicitur habere successorem, nec Canonicatus vacat, sed extinguitur morte Canonici, & nouus constituitur in persona sequentis, vt per Agid. decis. 13. Anchar. in c. si graciosè num. 5. de rescript. in 6. Abb. in cap. quoniam Abbas, col. 5. & ibi Felin. col. 3. de offic. deleg. Mant. decis. 219. n. 1. Anton. Raguc. de voce Canoniceorum in capitulo, q. 22. n. 1. Rot. in Syracusana Canoniceatus 1. Februarij 1623. coram. R. P. D. meo Piouano.

5 Huiusmodi spirituale ius. Ergo beneficium dicitur res spiritualis, vt per Seld. de benef. p. 1. quest. 1. num. 5. vers. quoad tertium, Mandos. in reg. 22. Cancell. quest. 4. n. 2. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 2. n. 61.

6 Diuidi, seu communicari nequeat inter eos. Notatur ad hoc quod duo ad vnam præbendam eligi non possunt, vt per Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. n. 248. vers. addendum, ita vt si duobus simul beneficium conferatur, collatio sit inualida, idem Valer. Reginald. d. tract. 3. n. 250. vers. tertio, nam diuisio, seu sectio beneficiorum prohibita est, Nicol. Garc. de benef. p. 12. c. 4. n. 2.

7 Quod esset iuramento firmatum. Notatur hic text. ad hoc quod in actibus spiritualibus non valent gesta contra prius iuramentum, vt per Innocent. hic num. 4. Hostien. num. 14. vers. non valeat. Imol. num. 20. vers. sed certum est. Cardin. Tusch. tom. 4. verbo iuramentum, concl. 512. n. 6. Sed verius est dicendum nullam esse differentiam inter actum spirituale, & temporalem, sed vtrumque esse validum, nisi aliunde sit irritus, provt rectius tenent Butr. num. 11. Panor. numero 17. Zabarel. n. 8. oppos. 5. Anchar. num. ultim. Henric. n. 10. in presenti, Soar. tom. 2. de relig. tract. de iuram. lib. 2. cap. 19. n. 6. Azor. in iust. moral. p. 1. lib. 1. c. 6. q. 2. & lib. 5. c. 26. q. 16. Less. de iust. lib. 2. c. 17. dub. 5. n. 57. Sanch. in præcepta Decalogi, lib. 3. cap. 12. num. 35. respondentes æquiparationem factam in hoc text. non esse in omnibus, sed quoad hoc tantum, vt in viroque casu electio sit illicita: insuper id fuisse allegatum à parte, nec illi allegationi inniti decisionem Pontificiam.

8 Et si quicquid contra id fieret non videret. Decretum enim irritans ligat ignorantes, vt per Couar. practic. cap. 9. n. 7. Rebuff. tom. 1. ad leges Gallie tractat. de enocat. num. 2. pag. mibi 264. Flamin. de resignat. benef.

PARBOSA
Ius Can
To. 2. 25.
GVI
18

60 Collectanea Doct. in lib. III. Decretal.

benefic. lib. 1. q. 4. n. 44. & 49. & alios plures, quos retuli ad c. 2. n. 5. sup. de constit. pag. 12. & in tract. de claus. vsusq. claus. 4. 1. 7. 7. cum segg. & habet oculos retro, & operatur utilitatem ab ipso initio, & afficit omnia, quæ sequuntur, ita ut nec iuris effectum, nec iuris fomentum habeant, ex Flamin. d. lib. 1. q. 7. non. 24. & 25. & lib. 4. quæst. 9. non. 29. & 30. Ego ipse d. claus. 40. n. 4. & 5.

9 Propter quod institutionem præfaram nullam, &c.] Notatur ad hoc quod auditur agens si velit probare non Canonicam institutionem, etiam in facto, ut per Mascard. de probat. concl. 1371. n. 126. vbi n. 127. ex Abb. colligit quod licet prælatus, qui diu toleravit subditum in suo beneficio, non possit eum compellere ad ostendendum titulum sui beneficii, tamen potest in se assumere onus probandi defectum tituli.

10 In gloss. Huiusmodi clausula. Notatur ad hoc quod Canonici etiam si in Ecclesia statutus sit certus numerus Canonicoꝝ, & per Papam confirmatus, possunt, modo in confirmatione non fuerit appositâ clausula de eo irritantis, ultra constitutum numerum aliquem voluntarie recipere, & tenet receptio, quia potest tali favori renuntiare, ut per Benedic. Capram tom. 1. communium opinion. lib. 1. tit. 10. n. 30. pag. 184.

11 In gloss. Non obstat, vlt. ibi, quia agendo contra unum, non agitur de iure alterius. Notatur ad hoc quod sententia lata contra unum non nocet alteri, qui non fuit in lite, nec ei parit præiudicium, ut per Perez l. 2. prope finem, in gloss. si el cõpõsõ, tit. 15. libro 8. pag. 121.

S V M M A R I V M.

- 1 Præbenda duas fieri possunt de una vacante, si eius superant facultates, alias diuidens integrare tenetur.
- 2 Beneficiorum diuisio prohibita est.
- 3 Beneficium dum vacat, potest ex iusta, & rationabili causa in duo diuidi.

C A P. Vacante, XXVI.

1 Episcopus potest diuidere ex causa rationabili præbendam in duas, dum tamen qualibet portio sit sufficiens ad honestam sustentationem, alias tenetur reintegrare præbendam diuisam, & si sint duo possessores, reintegret de primò vacantis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabari. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Butr. Henric. Panor. Viu. in ration. lib. 3. iur. Pont. pag. 57. Alagon. in compend. iuris Canon. pag. 379. remissive Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Ant. Aug. collect. 4. Decret. lib. 3. tit. 2. c. 2.

2 Sectionem inhibeant præbendarum.] Notatur ad hoc quod sectio, seu diuisio beneficiorum prohibita est à Concil. Turonens. ut per Doctores citatos ad c. maioribus 8. n. 2. sub hoc tit.

3 Nisi rationabili causa, &c.] Notatur ad hoc quod beneficium dum vacat potest ex iusta, & rationabili causa in duo diuidi, si facultates illius sufficiant, ut per Valer. Reginal. in praxi fori penit. lib. 30. tr. 3. n. 248. vers. addendum, Nicol. Garc. de benef. p. 12. c. 4. n. 3. Rot. in vna Calagurritana beneficij de Arriola 17. Junij 1593. coram D. Gyprio.

S V M M A R I V M.

- 1 Papa si mandat Capitulo, ut aliquem in Canonicum recipiant, & præbendam si qua vacat, conferant si

mandati scientes alij conferunt, coguntur primon recipere, & de redditibus Ecclesie loco beneficij providere, donec præbendam habeant.

1 Canonicus potest quis constitui sine præbenda ultra numerum Canonicoꝝ, dummodo certus non sit auctoritate Papa confirmatus.

3 Actus factus contra tacitam Principis prohibitionem valet.

C A P. Dilectus. ij. XXVII.

Papa si mandat Capitulo, ut conferat alicui præbendam, quæ vacat, & Canonici alteri conferunt illam, collatio tenet, sed tenentur acceptare præsentatum Papæ in Canonicum, & providere de redditibus donec Præbendam allequatur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabari. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Butr. Anch. Henric. Panor. Viuian. in ration. libri tertij iuris Pontif. pag. 58. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 379. remissive Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Anton. August. collect. 4. Decret. lib. 3. sub tit. de concessione præbend. c. 4.

Ut cum in Canonicum recipere, &c.] Ergo potest quis ultra numerum Canonicoꝝ, dummodo certus non sit auctoritate Papæ confirmatus, in Canonicum recipi sine præbenda, ut per Azor. insit. moral. p. 2. lib. 3. c. 11. q. 3. & q. 4. resoluit quod ille, qui est in Canonicum ultra numerum receptus, spe futura Præbenda beneficium Ecclesiasticum non habet, nec ius in præbenda, sed ius ad eam, & ibi cum Ludovico Romano dicit eum habere beneficium, quia iure percipit distributiones quotidianas, & habet alia iura beneficii, & q. 5. tenet Canonicum sine Præbenda receptum sine auctoritate, & consensu ipsorum Canonicoꝝ, sine auctoritate Papæ, iura Canonici consequi debere, ferendi scilicet suffragium in Capitulo, si sit sacris Ordinibus initiatus, & in choro legendi vide posita ad c. cum Mag. n. 16. & 17. de constit. pag. 11.

In gloss. Duxerint conferendum, ibi, sed verum est, quod hæc collatio tenet, &c. Notatur ad hoc quod actus factus contra tacitam Principis prohibitionem valet, ut per Tiraq. de iure mariti gloss. 7. n. 68.

S V M M A R I V M.

- 1 Beneficium Curatum, vel personatum habens, si securum simile receperit, vacat primon, quod si retinere contenderit, etiam secundo privabitur. Et is ad quem spectat beneficij Curati collatio, licet conferat statim cum constitutus aliud receperit, & infra sex menses non conferat, devolvitur ad alium collatio, & aliter puniuntur. Cum sublimibus vero, & literatis personis circa pluralitatem, beneficiorum incompatibilium solus Papa dispensat.
- 2 Concilium Lateran. sub Alex. III. quando fuerit celebratum ostenditur.
- 3 Beneficia duo curam animarum habentia iure naturali qui prohibetur obtinere.
- 4 Beneficium curation quod dicatur, ostenditur.
- 5 Beneficium curation habitu tantum est compatibile cum Canonicatu requirente residentiam personalem, vel alio beneficio curato habitu, & actu simul.
- 6 Beneficium curation, personatum, vel dignitatem habens, & recipiens secundum simile, ipso iure vacat primon, quod & an procedat in beneficiis residentiam requirentibus etiam simplicibus, ostenditur. num. 7.

8 Bene

- 8 Beneficij incompatibilis ut inducatur vacatio per as-
secutionem secundæ, requiritur adeptio possessionis
pacifica illius.
- 9 Dilectio, liberè, importat alterius consensum non re-
quiri.
- 10 Cardinales S.R.E. comprehenduntur sub dispositione
huius text.
- 11 Dispensari potest per Sedem Apostolicam cum nobi-
libus circa pluralitatem beneficiorum.
- 12 Nobilitatis qualitas plurimum mouere solet Pontifi-
cem ad dispensandum.
- 13 Nobilitas in materia beneficii consideratur etiam si
solam proveniat ex parte matris.
- 14 Nobilis ut quis dicatur sufficit quod vulgus, & com-
munis hominum æstimatio eum nobilem reputet.
- 15 Dispensari debet cum literatis viris circa beneficio-
rum pluralitatem.
- 16 Ecclesia facit literatis, & amat sapientes, quibus
regitur, & sustinetur.
- 17 Literati hac tempestate non cognoscuntur.
- 18 Audicorum vita mare est periculosissimum.
- 19 Beneficio secundo quis priuatur contendens retinere
primum incompatible, & tunc non est necessaria
iudicialis contentio, nec monitio, sed tantum dolo-
ra, seu malitiosa retentio.
- 20 Beneficia priora non statim vacant per ademptionem
Episcopatus, nisi post tempus consecrationis.
- 21 Scientia nobilitat hominem.
- 22 Episcopus dispensare non potest super pluralitate di-
gnitatum, personatum, seu officiorum, & cura-
torum.
- 23 Beneficia plura obtinens ex dispensatione Papa sine
iusta causa an sit iustus in conscientia, remittitur.
- 24 Episcopus an dispensare valeat, ut quis plura bene-
ficia simplicia obtinere possit, ostenditur.
- 25 Episcopus an dispensare possit aliquem ad duo in-
compatibilia, quando illa sunt sibi vicina, ut com-
modè eis deservire possit, & remnes virisque sint
redditi, ostenditur.

CAP. De multa, XXVIII.

- 1 Personatum, vel beneficium Curatum habens, si
aliud simile accipiat, ipso iure priuatus est primo,
& si contenderit illud retinere, spoliatur etiam alte-
ro. Item is ad quem spectat conferre, primum bene-
ficium, cui conuenit, conferre tenetur, & si differt
conferre ultra sex menses, collatio deuoluitur ad
alios, & de suis proventibus cogitur solvere Eccle-
siae tantum, quantum constat fuisse receptum à tem-
pore vacationis beneficij. Item in eadem Ecclesia ne-
mo præsumat habere plures dignitates, vel persona-
tus, etiam si sint sine cura. Item cum sublimibus, &
literatis personis, quæ sunt honorandæ maioribus
beneficiis, Papa potest dispensare, quando ratio po-
stulat. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect.
Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar.
Baur. Henric. Panorm. Vin. in ration. lib. 3. iuris Pon-
tificæ, pag. 59. Alagona in compendio iuris Canonici,
pag. 372. & tom. 3. repetit. in iure Canonico ad lib. 3.
Decretal. Ioan. Quintin. remissum Calal. in annot.
& Ximen. in concord. part. 1. & 2. desumitur ex
Concil. generali Lateran. sub Innoc. III. cap. 29. &
refertur ab Anton. August. collect. 4. Decret. lib. 3.
tit. 2. c. 4.
- 2 In Lateranensi Concilio. Sub Alexand. III. cap. 13.
quod celebratum fuit anno Domini 1178. assisten-
tibus 274. Episcopis, ut refert Anastas. German. ani-
maduersiōem iuris lib. 2. cap. 1. Illud verd, ex quo de-
sumptus est text. in præfenti, aliud fuit postea celebra-
Barbos. Collect. Tom. I. I.

tum eodem loco anno salutis 1215. sub Innoc. III.
ut supra dixi ad cap. 1. num. 3. de Summa Trinit.

Et nullus diuersas dignitates, &c.] Christiane Reipu-
blice Ecclesiæ vniuersalis statui, animarumque saluti
perniciossimum est, plurimumque sanctorum Doctorum
sententiis contrarium plura beneficia aggregare, ex
quo plura incommoda & dāna nascuntur, quæ recenset
Valer. Reginald. in praxi fori penit. lib. 30. tract. 3. n. 276.
quapropter multis de causis iura interdixerunt plura-
litatem beneficiorum, & quatuor recenset tex. in cap.
clericus 11. q. 1. & alias colligit Azor. in sit. moral. q. 2. lib.
6. cap. 10. q. 11. quia quemadmodum vna mulier non
potest duos, vel plures sponfos habere, cap. 1. de sponsa
duorum, nec vnum corpus duo capita, quia esset mon-
strum, & quia plerisque, de offic. Ordin. sic nec Ecclesia
duos, vel plures Curatos, &c. cum non ignores, hoc tit. & in
Ecclesia vnus debet esse Sacerdos, & Rector, qui cu-
ram habeat, cap. in apicibus 7. q. 1. c. sicut vna 22. q. 2. sic
è contra non debet vnus duas Ecclesias habere, colli-
guntur hæc ex Mascard. de probat. conclus. 469. incip.
curam animarum, nu. 5. cum seqq. Gonzal. regul. 8. Cancel.
gloss. 6. à n. 44. Vnde iure naturali prohiberi, ne quis
plura simul beneficia obtineat, quæ iure diuino assi-
duam beneficiarj præsentiam requirant, resoluunt Car-
tuxan. de vita Christi, p. 2. cap. 68. §. 1. fol. 113. Paul. Co-
mitol. respons. moral. lib. 1. q. 73. Azor. d. lib. 6. cap. 1. q. 5.
Valer. Reginald. d. tract. 3. n. 277. Vide Thom. Catip. lib.
1. apum, cap. 19. pag. 67. & 10. qui non paucos plura be-
neficia possidentes infelicitissima morte extinctos, & id-
circo damnatos esse commemorantes allegat, refert Si-
gilb. Schenica. de ecclesiasticorum vita, & moribus, lib.
2. c. 3. in fine.

Beneficium curam habens animarum.] Curatum bene-
ficium dicitur illud, cui singulariter & principaliter
præficitur Clericus ad curam fori penitentialis neces-
sario exercendam per se, vel per temporalem Vica-
rium, ut per Rebuff. in tract. nominat. quest. 16. num. 7.
cum seqq. Flamin. de resignat. lib. 2. quest. 1. num. 107.
cum seqq. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 6. à num. 34.
Vnde licet curam habere dicatur, ac per consequens
curatum beneficium, qui curam habet iurisdictiona-
lem, etiam fori exterioris, ut resoluunt citati ad cap.
duodum 54. num. 12. sup. de elect. pag. 139. tamen hæc
non sufficit ad inducendam incompatibilitatem, de qua
in præfenti, ut tenet Stephan. Gratian. discept. forens.
cap. 133. num. 29. cum seqq. Sic etiam non dicitur be-
neficium curatum, nec vti tale regulandum illud,
quod non est actu curatum, sed tantum habitu, vel
viti quia populus sit destructus, & omnes parochiani
aliqua ex causa mortui sunt, & esse desierunt, licet
Ecclesia parochialis semper firma maneat, ut per Re-
buff. in praxi beneficiarj, de dispensat. super etate, vers.
etiam si curam habeat animarum, in princ. & in tract. no-
minat. quest. 6. num. 23. Duem. reg. 61. mon. 4. Gutier.
alleg. 8. n. 7. Mascard. de probat. concl. 589. n. 5. Gonzal.
ad reg. 8. Cancel. gloss. 6. n. 89. & 90. Azor. in sit. moral.
part. 2. lib. 6. cap. 8. q. 9. vbi etiam resoluunt, quod si quis
ad hanc Ecclesiam promoueat, non tenetur intra
annum ad Sacerdotium ascendere, si tamen paro-
chiani, quia forte captiui erant, redierint, parochia-
lis Ecclesia quasi iure postliminij ad sua iura & bo-
nā reuertatur, ac proinde is, qui ipsi præest, debet
intra annum computandum ab eo tempore, quo Ec-
clesia cepit parochianos habere, ad Sacerdotium
ascendere, quod etiam asserit Zerol. in praxi Episco-
pi, part. 1. verbo beneficia, §. 4. vers. secundum dubium, &
nuncupatim quod beneficium curatum habitu tantum
sit compatibile cum Canonicatu requirente residen-
tiam personalem, vel alio beneficio curato habitu, &
actu simul, tenent, Capr. com. conc. 9. n. 74. Burl. cons. 352.
num. 23.

62 Collectanea Doct. in lib. III. Decretal.

n. 23. lib. 4. Hoied. de incompat. benef. p. 1. cap. 13. n. 10. & cap. 16. n. 16. & cap. 28. n. 29. Mar. Anton. var. resol. lib. 1. resol. 53. n. 4. Vbi enim indistincte de cura animarum mentio fit, semper intelligitur de cura actuali, non vero de habituali, vt resoluit Cap. dicta concl. 90. n. 78. & fuit dictum in Vicen. Prioratus 2. Martij ann. 1622. coram Illustriss. Patriarcha Manzanedo. Declara plures Ecclesias Curatas posse simul retineri ex dispensatione Episcopi causa saltem utilitatis, vel necessitatis Ecclesiarum, si adeo tenues sint, vt singula proprium non possint Sacerdotem alere, probat text. in c. eam. de arate, & qualis. & in c. vno, in fin. 10. q. 3. notant gloss. ibi verbo committatur, gloss. in sum. 21. q. 1. & post. Sor. de instit. lib. 3. q. 6. art. 3. vers. primus casus, communem testatur, & comprobatur Ioan. de Lignano de plural. benef. in princ. Hoied. de incompat. benef. p. 2. c. 5. a princ. Alphons. Glossat. antiq. ad reg. 52. Cancel. de dispensat. ad duas parochiales, statim in princ. Rot. decif. 48. p. 1. diuersi. Cum enim Clericus inferiens Ecclesie de ipsius redditibus debeat sustentari, c. cum secundum, de preben. & vna Ecclesia non sufficiat ad huiusmodi sustentationem, merito due assignari possunt. Ex quibus autem coniecturis tenne consensum fit beneficium, vide Menoch. de arbit. casu 216. n. 12. cum seqq. Verum iam aliud in Curia practatur, vt in vna Presen. Canonicius Leodien. diocesis 5. Iulij 1610. coram Reuerendissimo D. Cocchino, vbi non obstante exiguitate distantie, & tenuitate fructuum parochialis & canonicatus, quos quidam ex dispensatione Episcopi possidebat, de mente Congregat. Conc. Tridentinum fuit eos cadere sub incompatibilitate, & si vtrumque retinere pergeret, esse vtroque ipso iure absque alia admonitione priuatus. Ita refert Ioan. Cochier in comment. ad reg. 52. Cancel. a n. 4. pag. 477. cum seq. Deinde declara plura curata licite retineri, vbi vnum ex altero dependet, quia scilicet ei vnum est, vt optime probat cap. dudum 54. ibi, nisi vna penderet ex altera, de elect. vbi dixi. Denique declara pluralitatem beneficiorum prohibitam esse, quando vtrumque habetur in titulum, nam vnum in titulum & alterum in commendam licite retineri probat text. in d. cap. dudum, ibi, vnam intitulatam, & alteram commendatam, vbi addidi.

6. *Et si ipso iure priuatus.* Probat hic text. quod si habens beneficium Curatum, aut Personatum, vel dignitatem receperit secundum simile, ipso iure vacet primum, & si illud retinere contenderit, etiam secundo spoliatur, vt per Bernardin. pract. cap. 49. in nouiss. edit. Gutier. cons. 10. Spin. in speculo testam. gloss. 3. a n. 74. Viu. tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 9. n. 6. pag. 182. Flamin. de resignat. lib. 3. q. 1. n. 51. latè Flores de Mena var. lib. 2. q. 13. a princ. Azor. instit. moral. part. 2. lib. 7. c. 16. q. 9. Cardin. Tusch. tom. 1. lit. C. concl. 44. num. 8. Monet. de opione canon. c. 6. q. 6. n. 69. Valer. Reginald. in praxi fori panit. lib. 39. tract. 3. n. 309. Nicol. Garc. de benef. p. 1. c. 5. n. 7. quæ quidem pœna aucta, & declarata fuit per Ioan. XXII. in sua Extrauag. Execrabilis, de preben. vnde Oldrad. cons. 165. Thema, quem refert Cardin. Tusch. tom. 1. lit. A. concl. 44. n. 8. ait text. in presenti loqui solam in Curatis beneficiis, quod per affectuionem secundi vacat primum, ac proinde non habere locum si obtinens Curatum assequatur secundum incompatible, quia est in electione obtinentis alterum sibi bene visum dimittere. Sed iam hodie innotatus est text. in presenti per Concil. Trident. sess. 7. de reform. cap. 4. vbi decretum est, quod quicumque de cæteris plura curata, aut alias incompatibilia beneficia Ecclesiastica, siue per viam vnionis ad vitam seu contrahenda perpetua, aut alio quocunque nomine, & titulo contra totam sacrosanctam Canonum, & præter-

tim constitutionis huius text. recipere, ac simul retinere præsumptis beneficiis ipsius iuxta huius constitutionis dispositionem ipso iure etiam presentis Canonis vigore priuatus existat, quod decretum adducit Nicol. Garc. d. c. 5. n. 76. vbi n. 77. respondet alteri decreto eiusdem Concilij sess. 24. de reform. c. 17. quod priori in d. c. 2. aduersari videbatur, vt loquatur de pluribus parochialibus, aut alias incompatilibus beneficiis ante Concil. obtentis.

Amplia, principalem huius text. conclusionem procedere in eo, qui vi occupauit, seu scienter iniuste se intrudit in beneficio curato, vel è conuerso. Constat enim non esse contentum habere meliorem conditionem illum, qui inuasor est, quam illum qui iuste ingreditur, & ita in specie est text. qui reddit rationem, in cap. cum 3. qui 18. hoc titul. lib. 6. Rot. decif. 321. 2. de restit. spoliat. in nouis. Rebuff. in praxi tit. de missione in possessionem a princ. Hoied. c. 5. n. 20. quod intellige, nisi violentus occupator incontinenti relinquat possessionem secundi beneficii, quia ea, quæ incontinenti sunt, videntur inesse, iuxta text. in l. lecta ff. si certum petatur, quod aduertimus procedere, etiam si prius beneficium tale sit ad cuius titulum fuerit ordinatus, vel aliter de illo disponere, vel renuntiare non possit, iuxta Concil. Trident. sess. 1. de reform. c. 2. id tamen non euincit quod illud non amittat per secundi obtentionem violentam, per quam legis beneficio alienatio necessaria inducitur, & fit dispositio, argum. text. in l. 1. ff. de fundo dotali, & in alienationes 13. ff. familie herc. innotis relatis per Molin. de primog. lib. 4. cap. 8. a princ. & c. 9. num. 18.

Amplia secundo, etiam si expresse fiat protestatio, quod non intendit dimittere personatum, vel curatum beneficium prius obtentum. Patet si expensas huiusmodi vacationem ex ipsius protestantis voluntate non in lucu, sed ab ipsa intus dispositione, contra quam protestatio nihil operatur, ex reg. text. in l. nemo potest, ff. de legat. 1. & ita gloss. verbo renuntiare, in Clem. gratia, de rescriptis.

Quæstio est non contemnenda an in beneficiis residentiam requiruntibus, etiam simplicibus, vel alias quomodolibet incompatilibus, per illud decretum Concilij d. c. 4. inducatur vacatio primi ipso iure per adeptionem secundi, in qua de rigore iuris negatiue esse respondendum asserunt Nau. cons. 17. de prebend. Sayr. in floribus decisionis sub eod. tit. decif. 38. Flores de Mena d. q. 13. a n. 5. & plures alij citati à Nicol. Garc. d. c. 5. n. 80. Verum contrariam sententiam, & sic partem affirmatiuam tenet Hoied. de incompat. benef. c. 9. n. 5. dicen. quod per text. in presenti, qui loquitur in Curatis, & dignitatibus, & Personatibus, extenditur ex d. decreto Concilij ad quæcunque beneficia incompatibilia; nam, vt dicitur in decif. 483. p. 1. diuersi. Concilium ibi loquitur de quibuscunque incompatilibus vigore quoruncunque Canonum, nec se restrinxit ad hunc text. quia dicit præsertim, quæ dictio est ampliatiua, & implicat idem in aliis, & includit alia, iuxta ea, quæ dixit de dictionibus vsusq. dict. 277. & hoc est, quod denotant illa verba, iuxta ipsius constitutionis dispositionem, etiam presentis Canonis vigore, &c. quasi dicat, beneficia quæcunque incompatibilia vacant ipso iure per affectuionem secundi, iuxta dispositionem text. in cap. multa, sed quia ille non loquitur in quibuscunque incompatilibus, etiam vigore presentis Canonis illum extendentis ad quæcunque incompatibilia, vacent, refert, & sequitur Nicol. Garc. d. c. 5. a n. 91. quæ quidem sententia approbata fuit per sacr. Illustr. Card. Congreg. Concil. Trident. interpretum, vt idonei testes nobis sunt Nicol. Garc. d. cap. 5. num. 84.

De Præbendis, & Dignitatibus, Tit. V. 63

n.84. in 6. declar. Armeniar. in addit. ad recip. legum Navarra, lib. 4. tit. 8. l. 2. de benefic. incompatib. num. 17. Monet. de optione Canonica, cap. 6. n.70. Aloyf. Ricc. in praxi verum fori Ecclesiast. decif. 393 in 1. edit. & resol. 322. n. 12 in 2. edit. attestantes S. Congregat. censuisse in beneficiis requirentibus residentiam, aut alias quocumque modo incompatibilibus, etiam si Canonici sint, induci vacationem primi ipso iure per ademptionem secundi pacifice possessi. Addentes præcipue Nicol. Garc. d. c. 5. n. 38 in 3. & 4. declar. & Armeniar. d. loco in 43. & 44. eandem Sac. Congreg. censuisse derinentem Canonici duos simul absque dispensatione Apost. per triennium, & ultra, utroque ipso iure esse priuatum, in tantum quod possessor utriusque Canonici ex regul. de triennali, possessionem tueri, & defendere non possit, quæ adduco ego ipse de officio, & potest. Episcop. p. 3. alleg. 62. à num. 28. & vide adducta per Mar. Anton. varior. resol. lib. 1. resol. l. 90.

8. Receptur.] Ergo ad inducendam vacationem primi beneficii incompatibilis per affectationem secundi, non sufficit collatio sola, & acceptatio eius, sed requiritur adeptio possessionis pacifice secundi, vel quod per prouisum stet quominus eam adipiscatur, ita Flamin. de resignat. lib. 3. quest. 1. num. 129. Nicol. Garc. d. cap. 5. a num. 100. Ferentil. in annot. ad decif. 16. Baratti, num. 18. Rot. in Calaguritana Beneficij de Brenavilla 13. Martij 1615. coram bona mem. Buratto, nec hæc vacatio prioris impeditur per pacificam secundi possessionem, si illud prius sit litigiosum, non enim requiritur, quod utriusque, sed tantum secundi habeatur pacifica possessio, Less. de insin. lib. 2. c. 34. num. 14. Nicol. Garc. dist. cap. 5. num. 107. & 108. Quæ quidem possessio secundi pacifica debet esse non solum de facto, sed etiam de iure, id est, non litigiosa, sed absque controuersia iuris, & facti iudiciali, & extrajudiciali, Hoied. d. tract. cap. 1. 3. num. 30. Flamin. lib. 3. q. 1. num. 130. Azor. p. 2. lib. 7. cap. 16. q. 9. Nicol. Garc. d. c. 5. num. 105. Seraphin. decif. 1254. vbi habetur quod ad effectum, ut non teneatur quis dimittere primum beneficium, sufficiunt molestie etiam extrajudiciales, & de facto, & idem dicit decif. 997. num. 2. & decif. 853. num. 3. addenad Greg. XV. decif. 451. num. 12. Anton. Maffior. in sua praxi habendi concursus, requirit. 1. dub. 6. secundum Romanan. impr. & Ioan. à Cochier in reg. 51. Cancell. num. 9. ac etiam intelligenda est non de possessione sterili, sed fructuum, vel maioris partis eorum, ego ipse d. p. 3. alleg. 57. num. 201. Azor. d. c. 16. q. 7. Seraphin. decif. 953. num. 1. & plures per Nicol. Garc. d. c. 5. n. 123. Ex ea ratione, quia beneficiarius non habet in totum pacificam beneficii possessionem, nisi quando fructus beneficii per se, vel per alium nomine ipsius percipiuntur, in quibus terminis loquitur text. in cap. si tibi concessio, hoc tit. lib. 6. & in specie resoluunt ibi Franc. num. 4. Casad. decif. 9. de causa possess. Staphil. de literis gratiæ, tit. de statu, & qualitate benef. §. huiusmodi, cum. 14. Hoied. de incomp. benef. part. 1. cap. 12. num. 78.

9. Liberè.] Hoc verbum importat, alterius consensum non requiri, excluditque illius requisitionem sine impedimento, ut per Caid. Pereira in renou. emph. quest. 8. mon. 100.

10. Quæ eadem Ecclesia nullus, &c.] Etiam si sit S. R. E. Cardinalis, quem quidem sub dispositione huius text. comprehendit tenent Flamin. lib. 12. quest. 4. num. 10. Azor. d. part. 2. lib. 4. cap. 3. quest. 4. vbi tamen aduertit in Cardinalibus iustam subesse causam, ut Romani Pont. indulgentiam ab huiusmodi legibus soluti plura Ecclesiastica consequantur beneficia, & lib. 6. cap. 12. quest. 5. asserit quod sola Cardinalia dignitas iustam

causam præbet, ut Cardinali plura beneficia conferantur.

Circa sublimit.] Notatur ad hoc quod cum nobilibus circa beneficiorum pluralitatem dispensari potest per Sedem Apostolicam; verbum illud, sublimit. id est nobiles interpretantur Tiraquel. de nobilit. c. 20. n. 13. & alij apud Aloyf. Ricc. in praxi aurea, resol. 446. num. 7. Nobilitatis enim qualitas plurimum mouere solet Pontificem ad concedendum gratias, & ad dispensandum. Menoch. consil. 321. num. 20. quæ quidem nobilitas in materia beneficii consideratur, etiam si solum proveniat ex parte matris, ut per Azeued. l. 19. num. 13. tit. 3. lib. 1. noue recip. & ex Hoieda, ac Casan. resoluit Cened. ad Decretal. collect. 159. n. 7. In materia verò dispensationis in impedimentis matrimonij dirimentibus necessaria est Nobilitas ex parte patris, Sanch. de Matrimon. lib. 8. disp. 19. numero 6. sufficit autem, ut quis dicatur nobilis quod vulgus, & communis hominum æstimatio eum nobilem reputer, Menoch. de arbitr. casu 670. num. 40. & de præsumpt. lib. 6. pres. 60. Malcard. de probat. conclus. 1094. num. 8. Guttier. practice. lib. 4. quest. 17. n. 5. Nobilitas autem, de qua in hoc text. an sit illa, quæ moribus, & virtutibus acquiritur, an autem illa, quæ à sanguine ortum habet, optimè tradit Gambar. de officio, & potest. Legati de latere, lib. 7. ex num. 239. cum plus nobilitet aliquem scientia, & propria virtus, quam sanguis, & prolapsia maiorum, secundum Dec. in cap. clericus, num. 54. de iudic. Tiraquel. de nobilit. cap. 4. & 5. Camill. Borrell. in addit. ad Bellug. in speculo Principum, rubr. 6. lit. T. Sarnien. lib. 1. select. cap. 15. num. 6. Perez l. 1. gloss. nobleza, tit. 1. lib. 4. Ordnam. Azeued. ad Curiam Pisan. lib. 1. cap. 12. num. 13. & ad lib. 1. noue recopil. tit. 7. l. 8. numero 1. & vera nobilitas sit, quæ ex virtute alicuius provenit, Casan. in consuet. Burgund. rubr. 4. §. 19. numero 19. & ego ipse de officio, & potest. Episcop. part. 2. tit. 2. gloss. 17. ex num. 11. Vnde Simanch. de primog. lib. 3. cap. 23. pulchre contendit aduersus eos, qui cum nulla ingenij laude floreat, nulla vitæ dignitate, & nullo amplitudinis fructu, ita tamen inani nobilitatis nomine sibi blandiuntur, ac si de cælo delapsi fuissent, & ij cum ab omni laude sint alienissimi, maiores suos in ore semper habent. Vide Torreblanc. de magia, lib. 3. de criminis punit. cap. 12. ex n. 116.

Et literatis personis.] Notatur ad hoc quod cum literatis viris dispensari debet circa beneficiorum pluralitatem, ut per Rebuff. de benefic. tit. de dispensat. ad plura beneficia, a m. 43. & de privileg. scholast. priuileg. 39. Gambar. de officio legati, lib. 5. an legatus possit plura beneficia vni conferre, num. 137. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 4. num. 26. Aloyf. Ricc. d. resol. 446. num. 1. Bellet. disquisit. cleric. part. 1. tit. de disciplina clericali, §. 4. num. 13. Mench. illustr. cap. 25. num. 31. vbi dicit quod nobilis non virtuosus, non præfertur ignobili excellenti virtutibus. Ludon. Gom. in reg. de annali, quest. 36. num. 3. Staphil. de literis gratiæ, forma 3. expectat. num. 3. Benius de privileg. Indisconf. part. 2. priuileg. 32. vbi num. 2. subdit scientiam sine gradu Doctoratus ad dispensandum, non inducere, quia hodie moribus receptum est non dispensari cum literatis, nisi habeant gradum Doctoratus, Licentiaturs, siue Bacchalaureatus in Theologia, vel iure Canon. ut concludunt Rebuff. d. tit. de dispensatione ad plura beneficia, n. 44. Gambar. d. lib. 5. num. 138. Aloyf. Ricc. d. resol. 456. num. 5.

Ecclesia enim facit literatis. Flamin. de resignat. lib. 5. quest. 3. num. 78. & Sapientes, cap. Episcopum 41. distinct. Marc. Anton. Genuens. in practicab. rec. cles. quest. 621. Ego ipse de officio, & potestare Episcop. part. 3.

PARBOSA
Ius Can
no. 235
GVI
18

part. 3. alleg. num. 2. per quos mundus illuminator, Flamin. lib. 4. cap. 11. num. 17. Carol. Ide. Grassis de effectibus cleric. in prelud. num. 88. & Ecclesia Dei regitur, & sustinetur, ac proinde illis maxime indiget, Abb. hic num. 5. & 7. Felin. in cap. si quando, num. 7. vbi Nau. except. 16. n. 5. sup. de rescript. Hieron. Giach. in consil. syndicatorum, n. 67. & 71. Carol. de Grassis in d. prelud. num. 63. cum segg. Bellet. d. §. 4. num. 8. Ego ipse d. alleg. 46. num. 1. Sed eo deuenit, eo crenit ambitio, eo animarum exigua cura, vt merito cum Poëta dicere valeamus.

Fit via viciumpunt aditus, dignisque repellunt.

Quid verò est quod tot ignati spretis Doctoribus audiuntur, nisi quod in sacra Pagina rectè dicitur futurum esse, quod homines adorabunt talpas, & vespertilioes. Planè absurdum, & illud incredibile quod de noctua fertur, & apud plures accidit. Illa enim cum nihilo ceteris volucribus sit sapientior; neque speciosior, sed talis, qualem scimus, quando fortè vocem emittit tristificam, prorsusque insuauem, circumstant alia aues, imò si eam tantum vident, partim propè assident, partim in gyro circumuolant. Hoc ego cum Dione Philosopho aues facere puto in contemptum vilitatis, & infirmitatis, sed alij dicunt quod aues circumstantes noctuæ noctuam admirentur. Quomodo autem sit, vt non magis pauonem admirentur ita pulchrum, & varium, ac semetipsum extollentem, pennarumque pulchritudinem ostentantem, quando delicias erga femellam agitis infrensens caudam, & circumstatuens sibi vndique tanquam speciosum theatrum, aut pictura quadam coelum syderibus distinctum imitantem, quin & reliquo corpore admirandum, propemodum quasi aurum cæruleo metallo mixtum esset; at neque pauonem sese accuratè ornantem his omnibus modis aues videre cupiunt; neque lusciniæ quicquam audientes vocem antelucano erga eam afficiuntur: quin neque cygnus amplectuntur propter musicam, ne tum quidem cum cantat nouissimam canticum in extrema fenestra præ voluptate, & rerum in vita molestarum obliuione, prospera sibi imprecans, simul & deducens absque dolore semet, vt par est, ad mortem minimè molestatam. Sic multi quoque cum tot amœna habeant, vel habere possint spectacula, variisque pauones, nempe in Theologia, & vtroque iure insignes, qui pennas scientiæ suæ percutiendo sicut pauones sonum non iniucundum suis scriptis mundo præbeant: illi, inquam, his relictis, noctuam conueniunt ignorantem, & inspidam. Apud permultos experimur illud Gregor. moral. exponentis illud Job. 12. *Deridentur iusti simplicitate*, vbi ait: *Huius mundi sapientia est cor machinationibus regere, sensum verbis velare, quæ falsa sunt vera ostendere, quæ vera sunt falsa demonstrare, hanc qui sciunt ceteros superbiendo despiciunt; hanc qui nesciunt, subiecti & timidi in aliis ipsum mirantur: hæc sibi obsequentibus præcipit honorum culmina quærere, adepta temporalis gloriæ vanitate gaudere, irrogata ab aliis mala multiplicius reddere, cum vires suppetunt nullis resistentibus cedere, cum virtutis possibilitas deest, quicquam per malitiam explere non valet, hoc in pacifica bonitate simulare.*

Omnes igitur ad scientias solidas hortor, fugere verò huiusmodi stultam ignorantiam. Gentiles afferunt Minervam à Ione genitam, quam etiam Virginem pingebant, per quod occulto Dei iudicio innuitur scientiam ab altissimo Deo pronientem, honestam, castissimamque, fore à terrenis liberam; non enim sapienti conuenit aulicorum vita; mare est periculosissimum. Quot enim fretum, tot metus, tan-

tas, tanque varias habere putatis agitationes fluctus, quantas agitationes, & quantos ætus habet institutio aulicorum; Quanta, per Deum immortalem, pericula; vbi à summo gradu ad infimum interest nihil, vt monet Tacitus. Quanti metus? vbi duo ista nexa quodam sociantur, honor & odium, vt ait Seneca. Quanta fraudes; vbi malitia ipsa suspecta est, vt canit Ennius. Quanta cogitationes? vbi fortuna imperat, & est domina campi, vt Romanus loquitur. Quanta denique miserationum vestigia? vbi Seiana illa Clytiæ, Syllanæ naues, quæ felicitatis auram suis quasi velis constringebant, eodem sublata vento, quo deiecta inter fluctus, luctulæque spirante aurea, suspirante auro, mare ferbentes, absorptæ à mari, magnum scopum spectantes, ad magnorum scopulum infregerunt. Fugienda ergo sunt à literatis omnia, quæ eorum mentem perturbare possunt, nam, vt inquit Origen. hom. 91. *super Levit.* quando quis permixtus est turbis, & in multitudine fluctuantium volutatur, nec Deo, nec literis vacat: insignes igitur viri appellantur in sacris literis suis vacantes: vnde Iud. 6. Angelus Gedeoni apparuit in propria domo granum mundanti, & dixit, *Domine secum, virorum fortissime!* Magnumne quid est granum mundare: voluit Spiritus sanctus ostendere quod qui suis segregatim vacat fortissimus, laudabilis magis est, quàm ceteri, & commendandus.

Advertendum maxime est quod text. in presenti, dum dicit dispensationem circa pluralitatem beneficiorum esse faciendam cum personis nobilibus, & literatis, nonnulli intelligent disfunctione, vt per Felin. in cap. cum adeo, de rescript. Abb. in cap. aduocum, d. 2. n. 26. de elect. ita vt sit sensus, poterit dispensari circa sublimes personas, & iterum poterit dispensari circa literatas personas, ex eo quod dispositio respiciens plura determinabilia ex æquo debet illa determinare, ex reg. text. in l. nam hoc iure, ff. de vulgari, iuxta quod videtur dicendum solam nobilitatem sine literatura fat esse ad dispensandum, ex Felin. vbi supra. Iuvat quod dictio, & in medio posita diuersitatem continere videtur, vt per citatos in meis remiss. de dict. & clausulis, dict. 93. n. 14. Quæ tamen expositio sustineri non potest, secundum Cened. d. elect. 18. n. 7. & conuincitur ex eo, quia in promotione ad beneficia curata attento iure præscripta est literatura, non verò nobilitas, ex cap. cum nobis 19. de elect. adeo vt collatio facta illiterato sit nulla, ex dict. cap. cum nobis, & cap. cum in cunctis, §. inferiora, de electione, notant omnes in cap. graue nimis, hoc tit. Facit præterea, quia ex hoc text. deprehenditur non sufficere solam nobilitatem ad dispensandum, sed cum ratio postulat, vt text. dicit, quæ ratio suadet debere interuenire scientiam, vnde dicendum est solam nobilitatem non includere, vt sola sufficiat ad dispensandum. Nec refragatur, si dicatur frustra hic considerari nobilitatem, cum adhuc literatura exigatur; respondetur enim hic expendi nobilitatem & literaturam copulatim ad hoc, vt simul cum literatura præferatur illi, qui nobilis non fuerit, veluti si petat secum dispensari in altero curato beneficio retinendo cum priori, tunc enim si eandem dispensationem petat nobilis eodem tempore ex æquo literatus, tunc potius cum nobili erit dispensandum, & sic consideratur nobilitas in hoc text. vt cum mediocri scientia sufficiat ad dispensandum, argumento text. in d. l. nam hoc iure, vbi alioquin extiterit ratio, quæ cadat in vtilitatem communem, vel necessitatem vtriusque curati beneficii; quæ nobilitas non qualibet consideratur, sed magna interuenire debet, id enim importat verbum, *sublimes*, de quo in hoc

text.

Per

Per Sedem Apost. poterit dispensari. Ergo Episcopi dispensatio circa pluralitatem beneficiorum non sufficit. Ratio esse potest, quia Episcopus dispensari non valet contra Concilij generalis constitutionem, ex gloss. recepta verbo cum se facultas obtulerit, in c. dilectus 19. hoc tit. tradunt Rebuff. in praxi tit. de dispensatione ad plura beneficia, n. 29. Conar. de sponsalibus, p. 1. c. 6. §. 10. n. 11. & constat pluralitatem beneficiorum obuiare constitutioni Conc. Lateran. de quo in c. quia nonnulli, de Clericis non resid. facit text. in cap. Ordinarius, §. si vero, de officio Ordin. lib. 6. ibi, super hoc erit ad Sedem Apost. recurrendum, iuncta decil. text. in l. 1. C. de legibus. Sed obstat cap. sanctorum 70. dist. ibi, licet enim Episcopi, &c. & per illud Episcopum posse dispensare circa pluralitatem beneficiorum, resolunt Abb. in cap. extrinseca, §. quia vero, a. n. 39. hoc tit. & in presenti, n. 19.

Propter quod sunt qui distinguunt inter beneficia simplicia, & inter beneficia curata, ut in prioribus possit Episcopus dispensare, non ita in posterioribus, propt. referant Rebuff. in praxi tit. de dispens. ad plura n. 22 & 20. Stephan. de literis gratie, tit. de formis expetitionum, §. secunda forma, n. 4.

Sed pro declaratione notandum est dispensationem dupliciter fieri posse, primo modo ob necessitatem, & utilitatem utriusque Ecclesie, principaliter, & immediate, veluti quando Ecclesia tenues sunt, & neutra satis est ad alendum ministrum, vel subest alia causa æque grauis. Secundo modo contingit dispensatio ob honorem, & prærogatiuam personæ principaliter, & secundario utilitas, vel necessitas consideratur in ea dispensatione, propt. in hoc text. Priori modo attentio iure antiquo, & nouiori posse Episcopum dispensare in beneficiorum pluralitatem, iuxta hunc text. qui in hac specie non est correctus, quod sentit text. in cap. eam te, de etate, patet si expendas data correctione resultare dilatacionem, quæ Ecclesiis maximum præiudicium posset irrogare, quod est inconueniens, & hoc si spectas communem Doctorum resolutionem, cum secus sit attentis S. Congreg. & Rotæ decisionibus, de quibus supra memini, & non sic dicas posteriori modo; licet enim attentio iure antiquo, & per text. in d. cap. sanctorum, Episcopi dispensatio admittatur, non tamen attentio iure nouiori prædicta dispensatio admittitur in beneficiis, de quibus agit text. in presenti, qui eo casu dispensationem Sedis Apost. requirit sicut in aliis. Vnde iam colligitur text. in d. cap. sanctorum, attentio nouiori iure non procedere, quando dispensatio primo, & principaliter respicit honorem & prærogatiuam personæ dispensatæ, secus si principaliter, & immediate utilitatem Ecclesie contingat, ita Abb. in d. §. quia vero, n. 40. & in hoc text. ubi Imol. n. 23. Rebuff. d. tit. de dispensatione ad plura beneficia, n. 30.

Cum in hac materia à pari procedant Legatus de latere, & Episcopus, iam colliges Legatum de latere posse similiter dispensare circa prædictam beneficiorum pluralitatem, arg. text. in c. 1. de officio Legati, & ita in effectu dicit communem sententiam Rebuff. d. tit. de dispens. ad plura beneficia, n. 25. dummodo non sint vniformia sub eodem recto, gloss. verbo vacanti, in Clem. vi. de præbend. Hoied. de incomp. benef. p. 2. cap. vlt. n. 13.

Aduertendum in hac materia dispensationem circa beneficiorum pluralitatem intelligendam esse de duobus primis beneficiis, cap. ordinarius, de officio ordin. lib. 6. c. non potest, hoc tit. eod. lib. ubi Anchor. n. 1. Domin. & Franch. 3. Mandos. ad reg. 8. Cancel. q. 7. n. 4. Rebuff. in praxi, tit. de dispensat. ratione etatis, verbo illaque simul dimittere, Ioan. Coch. in reg. 5. 1. Cancel. Babos. Collect. Tom. I. l.

n. 16. Hoied. d. cap. vlt. n. 73. nam cum dispensatio circa beneficiorum pluralitatem non personam dispensati, sed aliud respiciat, merito extinctis, & dimissis duobus beneficiis, non existit dispensatio, ac proinde de illis primis intelligenda est, ut habetur in d. cap. Ordinarius, & in d. cap. non potest. innatque reg. l. boues 89. §. hoc sermone, ff. de verb. signif. Dubium tamen est utrum prædicta intra procedant, quando duo priora beneficia, quæ quis ex dispensatione obtinebat, cum aliis permittantur? Partem affirmantem tenet gloss. in cap. Ordinarius, verbo ea quæ, quam Doctores ibid. sequuntur, & plulculis argumentis defendit Flamin. in d. cap. non potest, §. illud autem, n. 9. de præb. lib. 6. Ioan. Andr. in c. 1. de filiis Presbyt. Verum contrarium, imo posse quem virtute dispensationis beneficia permutata retinere, melius mihi probatur, arg. text. in l. filie 28. §. 1. ff. de condit. vbi conditio concepta in vnâ rem includit aliam, quæ in illius locum successit, facit reg. text. in l. eum, qui, §. qui iniuriarum, ff. si quis cant. iunctis resolutis per Tirac. in d. §. hoc sermone, in princ. a. n. 28. Bald. in cap. dudum, lib. 2. n. 2. de elect. Palat. in rubr. de donat. inter, §. 4. n. 3. Vame. consil. 26. n. 30. de elect. vol. 1. Nec obstat d. gloss. verbo ea, quæ, procedit enim in terminis text. ibid. scilicet ubi plura beneficia incompatibilia ex dispensatione obtinenti nouum aliud beneficium confertur, & ut collatio valeat oportet quod dispensatio ad ea retinenda ostendatur, vel quod priora omnino dimittantur, & in hac specie ait gloss. quod non sufficit illa per viam permutationis dimittere ad effectum ut retentis, quæ per permutationem obtinentur, collatio effectum sortitur, & ita non loquitur gloss. ubi quis solummodo intendit ea retinere, quæ in locum priorum ex titulo permutationis subrogantur, nec contra formam d. cap. Ordinarius, nouum aliud beneficium præterditur, in qua specie gloss. est intelligenda; vnde cum in nostro casu priora beneficia retinere possit, nec dimittere teneatur, poterit etiam & illa retinere, quæ per permutationem in priorum locum subrogantur.

In gloss. Contenderit, ibi, si enim ante litis contestationem de ierit, &c. Quamvis ex sententia huius gloss. se iuxta hunc text. ut quis priuatur etiam secundo beneficio contendens retinere primum incompatible, requiratur monitio, vel quod retineat vsque ad litis contestationem, tamen hodie attentata dispositione Conc. Trid. d. c. 4. ibi, retinere presumpserit, non videtur necessaria iudicialis contentio, nec monitio, sed tantum dolosa, seu malitiosa retentio, ut resoluunt Flores de Mena d. g. 1. n. 4. Nicol. Garc. d. c. 5. num. 95. & 96. quicquid contrarium videatur velle Rot. decis. 484. n. 4. p. 1. diuers.

In gloss. Post receptionem, ibi, fallit in Episcopatu, quia non statim vacant priora beneficia, nisi post tempus consecrationis. Vide Doctores citatos ad cap. cum in cunctis, n. 29. sup. de elect. ubi volui allegare Nicol. Garc. de benef. p. 11. c. 6. a. princ. & non p. 1. propt. ibi typographi incuria posita sunt.

In gloss. Sublimes, ibi, & ita scientia nobilitat hominem. Ita Bellet. d. §. 4. n. 16. nam literatæ personæ equiparantur nobilibus, & sublimibus, Abb. hic num. 5. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 4. num. 27. Bellet. d. §. 4. num. 17.

In gloss. Per Sedem Apost. ibi, ex eo quod dicit per Sedem Apost. patet à contrario sensu, quod per alias in talibus non potest dispensari. Notatur ad hoc quod Episcopus dispensare non potest super pluralitate dignitatum, personatum, seu officiorum, & curatorum, solum enim Papam dispensare tenent multi, quos refert, & sequitur Nicol. Garc. d. cap. 5. num. 337. tetigi de officio & potestate Episcopi, part. 3. alleg. 62. n. 18.

- 23 Vtrum autem obtinens plura beneficia ex dispensatione Papæ sine causa rationabili sit tutus in foro conscientie, vide eundem Garc. d. cap. 5. num. 378. Valer. Reginald. in praxi fori penit. lib. 30. tract. 3. num. 289.
- 24 In ead. gloss. ibi, Circa alia beneficia possunt Episcopi dispensare sicut prius. Latè an Episcopus dispensare valeat, ut quis plura beneficia simplicia habere possit, tractavi d. alleg. 62. per totam, in quo dubio certum est ante Concilium Trident. licuisse plura beneficia alias non incompatibilia etiam ultra duo tenere vsque ad congruam sustentationem, Nauar. conf. 10. & 19. men. 2. sub hoc tit. Flamin. de resignat. lib. 3. quest. 1. num. 141. Nicol. Garc. d. cap. 5. num. 306. difficultas est an stante Concil. Trident. sess. 24. de reform. c. 17. id liceat: sed videtur non licere ultra duo beneficia vni conferre, ex illis verbis: Quod quidem, si ad vitam eius, cui confertur, honestè sustentandam non sufficiat, liceat nihilominus aliud sufficiens, &c. de Episcopi scilicet indulgentia, quia quando Canon permittit aliquid fieri, & personam non præseribit, ad Episcopum id pertinere ostendit, iuxta ea, quæ dixi de officio, & potest. Episcopi, part. 2. alleg. 33. num. 22. Et ideo habenti vnum beneficium, quod non sufficiat ad eius sustentationem, posse Episcopum aliud conferre declarauit sacra Congregat. ut testantur Nicol. Garc. d. cap. 5. num. 310. in 1. declar. Armend. in addit. ad recap. legum Nauarre, lib. 4. tit. 7. de benef. incompatib. n. 32. & seq. Minime tamen eiusdem Episcopi indulgentia, & auctoritate poterit quis habere duo beneficia simplicia, si vnum illorum sufficiat ad vitam Clerici commodè sustentandam, nec plura ultra duo, etiam si ambo ad victum eiusdem non sufficiant, ut resoluunt Azor. instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 9. q. 3. & plures, quos refert, & sequitur Nicol. Garc. d. c. 5. a. n. 371. quid autem sit de stylo Curie, & consuetudine Hispanie, dixi de officio, & potest. Episcopi, part. 2. alleg. 62. n. 8. cum seqq. Vtrum vero Episcopus dispensare possit aliquem ad duo incompatibilia, quando ita sunt ibi vicina, ut commodè eis deserviri possit, & tenues utriusque sunt redditus? questio fuit dubia, in qua hodie, quidquid sit de iure communi, negative censuit sacra Congreg. Concilij Trid. in vna Viseren. Canonicius Leodien. diaeces. de anno 1610. ut refert Ioan. à Cochier. in comment. ad reg. 51. Cancell. a. n. 7. pag. 478.

S V M M A R I V M.

- 1 Suspensionem à beneficiorum collatione incurrit ille, qui post secundam correctionem indignis beneficiis confert, & n. 2.
- 3 Electio facta de digno omisso digniore tenet.
- 4 Beneficia personis benemeritis, & idoneis sunt conferenda.
- 5 Concilium Provinciale non indicat Archiepiscopum.

CAP. Graue nimis. XXIX.

1 **Q**ui post primam, & secundam monitionem factam à Concilio Provinciali adhuc culpabiliter confert beneficia indignis, suspendi debet per ipsum Concilium à beneficiis conferendis, & ab eodem Concilio institui persona idonea, quæ interim conferat beneficia, Circa Capitula, quæ delinquant, idem servari iubetur, sed circa Metropolitanam delinquentem Concilium denuntiet superiori, & relinquat eius arbitrio. Colligunt ex Ordinariis Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan.

Hofst. Butr. Anchar. Henric. Panorm. Vidian. in ration. libri 3. iuris Pontif. pag. 61. Alagona in compendio iuris Canonici, pag. 380. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. desumitur ex Concil. generali Lateran. sub Innoc. III. cap. 30. refertur ab Anton. August. collect. 4. Decretal. lib. 3. tit. 2. c. 5.

Concilium generale Lateran. de quo in hoc text. à beneficiorum collatione suspendit eos, qui post secundam correctionem indignis beneficiis confertur, innovatum per Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 3. ubi statutum est, ut inferiora beneficia Ecclesiastica, præsertim curam animarum habentia, personis dignis, & habilibus conferantur sub ea pena, quod aliter facta collatio, siue promissio omnino irritetur: & Ordinarius collator pœnas constitutionis Concilij generalis, de quo in hoc text. se nouerit incursum, cuius quidem Concilij Tridentini dispositio, & collationis, siue promissionis irritatio intelligenda est de collatione facta indigno, non autem de illa, quæ sit digno prætermisso digniore, ut intelligit Fr. Emman. quest. Regul. 2. quest. 52. art. 5. & Campan. in diversorio iuris Canon. rubr. 7. cap. 6. num. 74. electio facta de digno omisso digniore tenet, ut per Conar. in reg. peccatum, part. 2. §. 7. num. 2. in fine, vers. his demum, & num. 3. Perez. l. 2. tit. 6. lib. 1. Ordin. pag. 150. Mench. illustr. cap. 28. num. 2. Bobadil. in sua politica lib. 1. cap. 3. num. 76. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 4. num. 129.

Idoneos assumant, &c.] Notatur ad hoc quod personis benemeritis, & idoneis sunt beneficia conferenda, ut per Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 4. à princ. Episcopi igitur debent conferre beneficia iis, quibus & morum honestas, & literarum scientia suffragatur, ut text. habet, & ex illo colligit Bellet. disquir. clerical. part. 1. tit. de disciplina clericali, §. 4. n. 47. conferens enim illiteratus, & indigno ultra suspensionis pœnam, de qua in presenti, non solum peccat mortaliter, cap. miramur 61. dist. cap. quid est manus 78. dist. Con. in reg. peccatum, §. 2. & §. 7. n. 8. Syluest. verbo restitutio, §. 5. Cardin. Tolet. in instruct. Sacerd. lib. 5. c. 4. num. 8. Fr. Emman. in summ. tom. 1. c. 106. num. 4. & 5. Sed etiam tenetur ad restitutionem interesse Ecclesiæ, quam læsit, ex prædicta mala collatione resultantis. Dec. in cap. cum in cunctis, in princ. num. 16. de elect. Rebuff. in praxi benefic. tit. de penis contra collat. indig. conferent. num. 8. & 9. Tolet. d. c. 4. num. 8. Quare Episcopus attentè debet rimari qualitates oppositorum, ut dignioribus beneficia possit conferre, quas ut percipiat legat quæ scripti de officio, & potest. Episcopi, part. 3. alleg. 60. num. 101. cum seqq. idem habere locum in patronis, qui debent præsentare dignos, & idoneos, ex hoc text. colligit Vincent. Filliuc. tom. 3. tract. 41. c. 4. num. 174. O vtrum in hac Curia in distribuendis beneficiis Illustrissim. Cardin. Tonti Saluberrima seruaretur institutio, qui pro me mihi nuntiaturum fuit, dum Sanctissimi D. Pauli V. fel. mem. Datarus exstitit, ad vocationes beneficiorum non omnes concurrentes admittebat, sed illos tantum, quos ex multis adstantibus, à se aliquibus morali Theologiæ propolitis interrogationibus, & capta de vita, & moribus, ac Curiali residentia quali quali informatione, ad hoc dignos indicabat, alios penitus exclusis, ex quo enemiebat, ut qui scientia, & aliis requisitis non pollebant, concurrere cum dignioribus non auderent. Multos video contra aliam Vrbem latrare, Romæ pro nihilo habentur, sed mirum non est, neque propterea iure dolent, quemadmodum enim terræ flumina, quamvis ampla & profunda nomen amittunt mare ingressa; ita & Doctores domi

De Præbendis, & Dignitatibus, Tit. V. 67

domi clari, & inter suos egregij Romanam adeuntes Curiam inter maiores nomen amittunt.

Fiatque de hoc in provinciali Concil. &c.] Notatur ad hoc, quod Concilium provinciale non iudicat Archiepiscopum, nec cognoscit de eius persona, & statim ad effectum indicandi, sed admonendi, ut se corrigat, & si obstinatus se corrigere nolle, ad effectum denunciandi Summo Pontif. ut per Steph. Quarant. in *sum. Bullarj*, verbo *Concilium provinciale, vers. quare. Sanch. de Matrim. lib. 8. disp. 17. n. 35.*

Et hoc ipsum circa Capitula, &c.] Notatur ad hoc, quod dispositio loquens de Prælati, maxime in materia penali, non extenditur ad Capitula, ut per Rebuff. in *concord. tit. de collat. §. prefatque Ordinarij*, in verbo, quibuscumque, Gonzal. ad reg. 8. cancell. gloss. 37. num. 16. & citatos per me de appellativa verb. vtriusque iuris signif. appell. 37. n. 1.

SVMMARIUM.

1. Rector Ecclesie, non obstante consuetudine Episcopi, vel Patroni, debet de redditibus Ecclesie sufficientem habere portionem.
2. Episcopus non potest vni conferre beneficium, & sibi, vel nepoti, reservare pensionem, & n. 3.
3. Parochialis non debet ita gravari, ut illius Rector non possit ex eius redditibus vivere.
4. Beneficium ut dicatur curatum requiritur ut illius Rector exerceat curam nomine proprio, & non alieno.
5. Canonatum, seu dignitatem habens, cui sit unita accessorie, & in perpetuum Parochialis, debet residere in Canonatu, seu dignitate, & non in Parochiali, ac habere etatem, quam requirit Canonatus, & non Parochialis.
6. Vicarij perpetui in Parochialibus unitis quando, & quomodo deputandi sint, ostenditur.
7. Iudicis monito requiritur in factis, & dispositionibus negativis, ut quis in penam incidat.
8. Verba, ipso iure, penam irrogant absque aliqua privationis sententia.

CAP. Extirpanda. XXX.

Parochialium Presbyteris est danda portio sufficiens ut vivant, non obstante quacumque consuetudine Episcopi, vel Patroni, aut alterius. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. 4mol. Anan. Host. Butr. Anchar. Panorm. Rebuff. Viuian. in *rationali lib. 3. iuris Pontif. pag. 62.* Alagona in *compend. iuris Canon. pag. 380.* detumitur ex Concil. Lateran. sub Innoc. III. c. 32. remissive Ximen. in *concord. p. 2.* refertur ab Anton. Ang. collect. 4. Decret. lib. 3. tit. 2. c. 6.

Prouentus ipsarum, sive penitus vendicantes, &c.] Notatur ad hoc quod Episcopus non potest vni conferre beneficium, & sibi, vel nepoti, vel famulo, vel alteri reservare pensionem, ut per Valer. Reginald. in *praxi fori pontif. lib. 30. n. 247.*

Qui altario servit, &c.] Vide posita ad cap. cum secundum, n. 2. supra hoc tit.

Portio Presbyteris ipsis sufficiens, &c.] Vide posita ad cap. de Monachis 12. sup. hoc tit. Parochialis enim non debet ita gravari, ut illius Rector non possit ex redditibus vivere, ut per Flamin. de *refig. l. 6. q. 2. n. 22.*

§. Qui verò.

Parochialem Ecclesiam habens non per Vicarium,

sed per seipsum, illi deferuire debet, nisi sit annexa dignitati, vel præbendæ, ob quam ipse debeat servire in maiori Ecclesia, quia tunc tenetur Vicarium idoneum, & perpetuum Canonicè institutum in Parochiali habere, ac proinde ei assignare congruam fructuum portionem, alioquin illa est priuatus, & alij idoneo conferenda; & Vicariis in suo ordine debet servire. Colligunt Doctores in principio text. citati.

Sed per se ipsum illi deferuiat.] Notatur ad hoc, quod ut beneficium dicatur Curatum, requiritur ut illius Rector exerceat curam nomine proprio, & non alieno, ut per Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 6. n. 40. quem refero ego ipse de officio, & potest. Episcopi, p. 3. alleg. 57. n. 159.

Nisi forte dignitati, &c.] Notatur ad hoc, quod habens Canonatum, seu dignitatem, cui sit unita Parochialis accessorie, & perpetuo, debet residere in Canonatu, seu dignitate, & non in Parochiali, ut per Nicol. Garc. de *benefic. part. 12. cap. 2. num. 23.* & censuit Sacra Congregat. apud eundem Garc. *part. 3. cap. 2. num. 179. declar. 12.* & sufficit, ut prouisus sit constitutus in ea ætate, quam requirit Canonatus, seu dignitas, cui Parochialis accessorie reperitur unita, ut per Galet. in *margarita casuum conscient. verbo Canonatus §. verbo Parochus.* Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 9. num. 4. Nicol. Garc. d. p. 12. cap. 2. num. 26. Aloyf. Ricc. in *praxi rerum fori Ecclesiæ resol. 12. in 2. edit.*

Idoneum, & perpetuum habeat Vicarium.] In noua dispositione Concilij Trident. sess. 7. de reformat. cap. 7. sancitum est, ut Ordinarij deputare possint Vicarios perpetuos in quibuscumque beneficiis curatis, quæ unita reperiuntur Ecclesiis Cathedralibus; Collegijs, & Monasterijs, non obstantibus priuilegijs, & exemptionibus quibuscumque, quæ verba comprehendunt quacumque Monasteria exempta, & Ecclesias quomodocumque eidem, & eorum mensæ unitas, ut comprobant Nauarr. *conf. 11. n. 9. de statu Monach.* Flores de *Mena variar. lib. 2. q. 10. n. 39.* Nicol. Garc. de *benefic. p. 11. c. 2. a n. 5. vbi n. 9.* elegans refert Illustr. Cardinal. responsum, qui re diligenter discussa, hoc ipsum formaliter declarauerunt, sicut etiam posse eosdem Vicarios perpetuos ab Ordinariis constitui, etiam si in littera unionis expressa sit clausula, ut possint deferuire per Vicarios amouibiles; quod tamen intellige de litteris, quæ ante Concil. Trident. emanarunt, non ita si post illud sub ea clausula fuerint concessa cum Nicol. Garc. loco proxime citat. Aduertendum tamen est, quod propter Concil. Trident. in d. cap. 7. in illis verbis, ibi, *etiam perpetuos, nisi ipsi, &c.* Sacra censuit Congregat. relinqui arbitrio Episcopi an ponere perpetuum Vicarium in Parochialibus unitis Archidiaconatui, seu alijs dignitatibus, vel Canonatui, teste Nicol. Garc. d. part. 12. cap. 2. num. 9. Vnde ego tenebam in his Parochialibus unitis accessorie, & in perpetuum alicui dignitati deputare Vicarios temporales, vel perpetuos, solum pendere ex Ordinarij arbitrio, ac proinde principalem Rectorem, siue perpetuus, siue temporalis sit Vicarius, non posse in animarum cura ipsius Parochialis se intromittere defectu tituli, quem ad illam immediatum non habet, iuxta doctrinam Felin. in *cap. postulasti, num. 1. vers. & hoc videtur, de rescript.* quia ista excoctio de Vicaria ad nutum in perpetuum facta auctoritate Episcopi ex facultate sibi concessa per Concil. in d. cap. 7. non alterabat unionem iam factam quoad exercitium curæ, vel modum providendi, ut optime dicit coram Causaler. *decif. 59 §. n. 2. in fine.* tum quia si perpetuus Vicarius absoluit Rectorem ab exercitio curæ, ita ut ipse Rector eam exercere nec debeat, nec possit,

F 4 Felin.

Felin. hic n. 1. s. vers. ex quo sequitur; Azor. instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 9. q. 2. ad finem; Seraph. decis. 1009. n. 5. eodem fere modo abolvere debet in his terminis Vicarius temporalis, quia respectu principalis idem habet ministerium & exercitium, cum de iure communi in hoc casu deberet esse perpetuus, ut hic text. habet, & cap. ad hoc, de officio Vicarij, & c. 1. de capellis monach. lib. 6. Episcopus hoc casu patiens cum esse temporalem, non ex hoc potest transferri actualis cura in principalem, quia caretet si Vicarius fuisset perpetuus, & resoluunt Felin. Azor. & Seraphin. locis proxime citatis, quia tamen de hac re consultus omnia, quæ ad hanc materiam facere videbantur, adduxi ad cap. ult. de officio Vicarij, idcirco ad illud Lectorem remitto, ubi multa in nota questione non inveniunda inueniet.

Canonicè institutum, &c.] Notatur ad hoc quoddam Ecclesiæ parochiales vnite conferuntur ad nominationem Rectoris principalis, & nominatus approbatur ab Episcopo, ut per Nicol. Garc. de benef. p. 9. c. 2. n. 289. Rot. decis. 798. n. 5. p. 1. divers. quod etiam procedit tam stante dispositione Concil. Trid. sess. 24. de reform. c. 18. ex Nicol. Garc. d. e. 2. n. 192. & seq. quam etiam post dispositionem Bullæ Pij V. super Vicariis in Bullario nouo constit. 4. §. quarto, ut latè per Rot. decis. 710. n. 2. & decis. 777. n. 1. p. 2. recent. Dicta autem Bulla Pij V. quæ incipit, Ad exequendum, in vers. volumus, sic ait. Volumus insuper, & ita mandamus quod dicti Vicarij perpetui non ad liberam Ordinariorum electionem, sed ad nominationem illorum, in quorum Ecclesiis vnitis ponentur, cum ipsorum Ordinariorum, seu eorum Vicariorum prauo examine, & approbatione deputentur, & ideo iam hodie in eiusmodi Vicariis perpetuis Parochiarum vnitarum concursus nullatenus necessarius est in eorum promotionibus, sed dumtaxat ad nominationem, seu presentationem illorum, quorum dignitati, monasterio, vel Ecclesiæ vnita sunt, & annexa deputandis, & instituendis esse resoluunt Gutier. conf. 44. Gonzal. gloss. 5. §. 3. ex n. 19. latè Salgado d. c. 9. num. 159.

Se sciat auctoritate huius Decreti priuatum.] Ex hoc text. colligit Innoc. hic col. 1. quod in factis, & dispositionibus negatiuis ad hoc, ut quis in penam incidat, requiritur iudicis monitio, de quo vide Cald. Pereira in l. si curatorem, verbo, vel aduersarij dolo. n. 79. col. pen. & de empt. c. 29. num. 20. Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 64. n. 8. & tit. 9. q. 26. n. 39. cum seqq. Fatim. in praxi crimin. p. 1. q. 34. n. 128.

In gloss. Priuatum, ibi, & ita sine aliqua admonitione priuatum est. Notatur ad hoc, quod verba, ipso iure, penam irrogant absque aliqua priuationis sententia, ut per Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 56. n. 33. vbi num. 34. resolut. participium præteriti temporis regulariter penam ipso iure inducere, & citat Tirag. in l. si unquam, verbo reuertatur, à n. 32. Vide in tract. de diction. v. infreq. dict. 178.

S V M M A R I V M.

- 1 Religiosi non debent Ecclesiis, vel decimas à laicis sine diaconorum consensu recipere, excommunicatos, vel interdictos ad diuina admittere, in Ecclesiis quoque, quæ ad eos non pleno iure pertinent, instituere, vel distingere, sed presentabunt Diaconis ad eas viros idoneos, & n. 2.
- 2 Vnio vbi est facta simpliciter monasterio, seu collegio, intelligitur sine lesione iuris Episcopalis, & parochialis.
- 3 Institutio ad Episcopum pertinet in Ecclesiis, quæ ad religiosos pleno iure non pertinent.

C A P. In Lateranensi. XXXI.

Regulares pro Ecclesiis, quæ ad ipsos pleno iure non pertinent, presentare debent viros idoneos instituendos Episcopis. Idonei autem sunt, quos vel conuersatio aptos reddit, vel probabile testimonium Prelatorum commendat, qui Episcopis de cura plebis respondeant, Regularibus verò de rebus temporalibus reddant rationem, nec eos amouere audeant inconsultis Episcopis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Butr. Henric. Anch. Panorm. Vin. in ration. lib. 3. inris Pontif. pag. 63. Alagona in compend. inris Canon. pag. 81. remissive Ximen. in concord. p. 1. defumuntur ex Concilio generali Lateran. sub Innoc. I I l. c. 6. 1. & refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 2. c. 7.

In Lateranensi Concil.] Sub Alex. I I l. c. 9. cuius initium est, Cum & plantare, & habetur in c. 3. §. in Ecclesiis, de priuileg. vbi latè dixi pag. 346. & seq.

Quæ ad ipsos pleno iure non pertinent.] Ergo vbi vnio est facta simpliciter monasterio, seu collegio, intelligitur sine lesione iuris Episcopalis, & parochialis, c. 2. de relig. domib. ac proinde debet presentari Vicarius perpetuus instituendus ad Episcopum in parochiali vnita, ut habetur in presentis, & in cap. de monachis, sup. hoc tit. resoluunt Rip. lib. 2. c. 18. n. 1. & 3. Prob. ad Monach. in cap. super eo, n. 19. hoc tit. lib. 6. vnde audiendus non est Rebuff. in praxi benef. tit. de Vicariis perpetuis, n. 6. vbi affirmat posse institui Vicarium perpetuum, seu temporalem, prout placent collegio, monasteriove, citans falsò in eam rem gloss. in Clement. 1. verbo ad mensam, de excess. prelat. quæ tamen loquitur vbi vnio fuerit facta pleno iure, nempe quoad spiritualia, & quoad temporalia, quo casu temporalis Vicarius institui poterit.

Episcopis instituendos Presbyteros representent.] Ergo in Ecclesiis, quæ pleno iure non spectant ad religiosos, institutio ad ipsos non pertinet, sed Presbyteri ab illis presentati ab Episcopo sunt instituendi, ex quo à contrario deducitur secus esse dicendum in Ecclesiis, quæ pleno iure eis subiciuntur, ut formaliter probat text. in d. Clem. 1. vers. quidem præterea, de excess. prelat. vbi notant omnes, & Roch. de inrepatron. verbo competens, quasi. ult.

S V M M A R I V M.

- 1 Absens causa studij in Sacra Pagina iuste percipit in absentia fructus sui beneficij, non autem distributiones quotidianas, & n. 2.
- 3 Distributiones quotidianæ non sunt fructus, nec veniunt appellatione fructuum.

C A P. Licet. XXXII. Honor. I I I.

Absens causa studij in sacra Pagina iuste percipit in absentia fructus beneficij sui, non autem distributiones quotidianas. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Host. Henric. Panorm. Vin. in ration. lib. 3. inris Pontif. pag. 64. Alagona in compend. inris Canon. pag. 81. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2.

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. defumunt Horat. Lut. de priuileg. scholar. priuileg. 100. Couar. lib. 3. variar. cap. 13. Hentiq. consil. 13. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 166. num. 17. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 7. proam. num. 179. Prosp. de Augustino in addit. ad Quarant.

Quarantam in *summa Bullarum*, verbo *residentia*, Aloys. Ricc. in *praxi rerum fori Ecclesiast.* decis. 49 §. in 1. edit. alias *resol.* 386 n. 3. in 2. edit. Late Monet. de *distribut.* quorid. p. 2. q. 10. concl. 1. & 2. vbi n. 23. refert Sacram Congreg. decidisse absentiam causa studiorum etiam obtenta licentia à Sede Apost. non excusare ab amissione tertie partis detractæ à Conc. Trident. *sess.* 21. de *reform.* c. 3. Sed de ratione dabitur in hoc text. non abs re erit inuestigandum, quatenus in eius prima parte indulgere videtur Pontifex Archidiacono Eboracen. absentia causa studij in Theologia; vt fructus suæ præbendæ ei integrè ministrentur, cum hoc generaliter concesserit text. in c. ult. de *magistris*, cui obiectioni occurrat Abb. hic n. 4. ideo in hoc text. impetratum fuisse ab Archidiacono privilegium, vt absens causa studiorum percipere posset fructus suæ præbendæ, vel quia nondum emanauerat, d. c. ult. id ex iure communi concedens; quia de facto molestabant Canonici ei respondere de sua præbendâ; vel etiam ad cautelam, quia plus solet timeri, quod specialiter iniungitur, c. *aduersus*, de *heret.* refert Monet. d. g. 10. n. 3. vbi à n. 4. cum *segg.* an studens iuri Canonico, vel civili percipiat in absentia fructus suæ præbendæ, de quo etiam Aloys. Ricc. in *praxi aurea*, *resol.* 33. vbi soluit dispositionem huius text. procedere etiam si quis studeat iuri civili, vel Grammaticæ, & n. 3. dicit absentia causa studiorum debere quotidianas distributiones, si Ecclesia nihil aliud habet, quam mensam grossam, quæ in fine anni distribuitur.

Nolunt tamen, vt quotidiana distributionis, &c. Notatur ad hoc, quod quotidianæ distributiones non sunt fructus, nec veniunt appellatione fructuum, vt per Couar. lib. 3. *variar.* c. 13. n. 1. circa princip. Pute. p. 1. decis. 239. & decis. 289 n. 3. in 1. edit. Gutier. conf. 8. n. 2. Viuian. tom. 2. *communium opinion.* lib. 9. tit. 34. n. 14. pag. mibi 566. Rebuff. in *tract. congrue portionis*, num. 86. Flamin. de *resignat. benefic.* lib. 2. q. 2. n. 30. Fr. Emman. *quest. Regul.* tom. 3. q. 74. art. 4. Azor. *instit. moral.* p. 2. lib. 7. c. 7. q. 2. Gonzal. ad *reg. 8. Cancell.* §. 7. *proem.* n. 154. cum *segg.* late Monet. de *distribut. quorid.* p. 1. q. 6. à princip. vbi n. 10. resoluit privilegium alicui concessum de percipiendis fructibus beneficiorum suorum in absentia, non comprehendere distributiones quotidianas, & n. 12. etiam si haberet, cum ea integritate, qua perciperet, si in Ecclesia resideret. Plures refero ego ipse in *tract. de appellat. verborum vtriusque iuris signif. appell.* 103. n. 12. cum *segg.* quibus addo Salgado de *proce.* Regia, tom. 1. p. 4. c. 9. n. 75. cum *segg.*

SYMMARIVM.

- 1 Episcopus propter paupertatem Præbendarum Ecclesiæ Cathedralis eis annectere potest Capellas, reseruata ipsorum Presbyteris congrua portione, & n. 2.
- 3 Capituli consensus in vnione præstandus potest post ipsam interuenire.
- 4 Concil. Trid. *sess.* 24. de *reform.* c. 15. non concedit facultatem vniendi mensæ Capitulari, sed tenuibus Præbendis singulorum Capitularium.

CAP. Expofuisti. XXXIII.

Episcopus propter paupertatem Præbendarum Ecclesiæ Cathedralis, eis annectere potest Capellas, reseruata ipsorum Presbyterorum congrua portione. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Host. Henric.

Anchar. Panorm. Vin. in *ration.* lib. 3. iur. Pont. pag. 65. Alagon. in *compend. iuris Canon.* pag. 381. remissum Ximen. in *concord.* p. 2.

De qua re adest noua decisio Concil. Trid. *sess.* 24. de *reform.* c. 15. in hæc verba: In Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis insignibus, vbi frequentes, adeoque tenues sunt Præbendæ simul cum distributionibus quotidianis, vt sustinendo dicenti Canonicorum gradui pro loci, & personarum qualitate non sufficiant, liceat Episcopis cum consensu Capituli, vel aliquot simplicia beneficia, non tamen Regularia, iis vnire, &c. Super quo Concilij decreto aduertit Steph. Gratian. *discept. forens.* cap. 278. n. 30. Capituli consensum posse post vnionem interuenire, & nullitatem illius ob defectum consensus Capituli à nullo posse opponi, cum hæc exceptio illi soli concedatur. Pari-terque aduertendum est huiusmodi vnionem eo modo fieri debere, vt singulis Præbendis singula beneficia vniantur, non omnibus simul indistinctè vnum, aut plura, idem Steph. Gratian. *discept. forens.* cap. 274. n. 34. in *fine*, Gonzal. ad *reg. 8. Cancell.* gloss. 37. n. 25. vbi etiam refert Concil. loco citato non concedere facultatem vniendi mensæ Capitulari, sed tenuibus Præbendis singulorum Capitularium, quod etiam tenent Aloys. Ricc. *collect. decis.* p. 4. *collect.* 1067. in *fine*, & in *praxi rerum fori Ecclesiast.* decis. 488. in 1. edit. & *resol.* 379. num. 4. in 2. edit. & fuisse decum in Sacra Congreg. Concil. Trid. de mense Septembri 1601. refert Nicol. Garc. de *benef.* p. 1. c. 2. n. 171.

Si evidens necessitas, vel utilitas Ecclesiæ, &c.] Ergo vnio vnus Ecclesiæ ad aliam evidenti necessitate, vel utilitate Ecclesiæ fieri debet, vt per Menoch. *conf.* 192. n. 4. Nam Episcopus ex legitimis causis potest vnire beneficia suæ Diocesis non exempta, Petr. Gregor. de *benefic.* c. 20. n. 6. Azor. *instit. moral.* part. 2. lib. 6. cap. 28. *quest.* 6. Nicol. Garc. d. cap. 2. num. 62. vbi n. 113. asserit vnionem factam per Ordinarium sine causa, vel ex falsa causa, etiam seruata iuris forma, esse nullam ipso iure.

SYMMARIVM.

- 1 Ecclesia beneficium conferens ex donatione laici tenet eius collatio de hoc mentione non habita.
- 2 Beneficium ex privilegio potest spectare ad collationem laici.
- 3 Allegatio parit non facit ius.
- 4 Inrapatronatus Regis non censetur Papa derogare, nisi dispensatus, & specificè, ac expresse derogatio fuerit.

CAP. Dilectus. ij. XXXIV.

Beneficium impetrans, & non faciens mentionem quoddam confertur ex donatione laici, adhuc impetratio est bona, & literæ executioni mandandæ sunt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anania, Hostiens. Anchar. Henric. Panorm. Viuian. in *ration.* lib. 3. iur. Pontificij, pag. 66. Alagona in *compend. iuris Canonici*, pag. 381. remissum Ximen. in *concord.* p. 1. & 2.

Ex donatione Regis.] Ergo ex privilegio potest beneficium spectare ad collationem laici, de quo Couar. *prætic. cap.* 36. n. 5. *vers. solim.* Rebuff. de *pacificis poss.* num. 58. *vers. octauo.* Nec refragatur vlla consuetudo, aut prescriptio, Seraphin. *decis.* 1382. per totam, Surd. qui alios allegat, *conf.* 401. num. 5. etiam si esset immemoralis cum perpetua tolerantia Papæ, cum enim

70 Collectanea Doct. in lib. III. Decretal.

enim versetur in his, quæ non sunt quæstibilia sine Principis concessione, tolerantia de nihilo inferuit, tam iure non sit tolerantia, sed simplex conuientia ad evitanda scandala, quæ possint committi in aufendo huiusmodi abusus, vt tradunt scribentes omnes in cap. 2. hoc tit. lib. 6. Ioan. Andr. a. n. 5. vsque ad fin. Anchar. sub n. 1. vers. quinto quartis, Gemin. sub num. 12. vers. nec obstat si dicatur. Ioan. Monagh. n. 5 & ibi Prob. latissi. n. 5. Præpos. in cap. imperium. vers. sed an præscriptio, cum seqq. 10. dist. vbi grauer inuehit tam in conferentes, quam in collatarios, Zabarel. conf. 57. sub n. 2. vers. & si dicatur, & n. 3. plures alios refert, & sequitur Seln. de benef. p. 1. q. 2. 3. sub n. 16. vers. & in isto casu habet locum.

Excipiendo proposuit, &c.] Notatur ad hoc, quod allegatio patris non facit ius, vt per Palat. in repet. rub. de donat. inter virum, & uxorem. s. 16. n. 22. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. s. 7. n. 107. & alios per me citatos in tr. de axiom. vsusq. axiom. 20. n. 1.

In gloss. Ex donatione, i. ibi, non posset compelli per Papam, &c. Nisi in literis fieret expressa derogatio iurispatronatus ipsius Regis dispositiue, ac specificæ, & determinatæ, non autem conditionaliter, vt aduertunt ad hoc regulam Cancellariæ citantes, Azeued. l. 5. n. 3. tit. 6. lib. 1. noue recog. Conar. pract. c. 6. n. 3. Perez l. 2. tit. 6. l. 1. Ordin. p. 149. & seq. Cabed. de patronatib. Regie Coronæ, cap. 2. 5. num. 7. & plures alij, quos refert Cened. ad Decretal. collect. 79. n. 2.

S V M M A R I V M.

- 1 Pueri, & beneficiati, qui non possunt in eadem Ecclesia deferuire, in ea non debent idonei reputari.
- 2 Beneficia simplicia in qua ætate obtineri possint, remissive.
- 3 Pensiones iure communi pueri capaces sunt, sed necessarium est infantis ætatem Summo Pontif. exprimere, cum ab illo impetratur.
- 4 Pueri dicuntur, qui sunt impuberes, & sic minores 14. annis.
- 5 Beneficiu qui habet sufficiens, non reputatur idoneus ad aliud.

CAP. Inordinata. XXXV.

Gregor. IX.

1 Pueri, & beneficiati, qui non possunt in eadem Ecclesia deferuire, in ea non debent idonei reputari. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Host. Henric. Anchar. Panorm. Viuiam. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 66. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 382. remissive Ximen. in concord. p. 1.

2 Quot annorum ætas de iure antiquo, & noniori Concilij Trident. sess. 23. de reformat. cap. 6. necessaria sit ad beneficia simplicia obtinenda, dixi ad c. 1. n. 4. supra de ætate, & qualitat. pag. 174. ad pensionem habendam titulo Clericali, eum requiratur prima Clericorum tonsura, quæ ante septennium non confertur, vt dixi ad cap. cum in cunctis. n. 3. de elect. pag. 93. idem ipsa pensio puero ante septennium non assignatur, iure tamen communi pueri capaces sunt pensionis, sed necessarium est infantis ætatem exprimere cum à Romano Pontifice impetratur, vt infanti pensionem referuat, ita Flamin. de resignat. benef. lib. 4. q. 9. num. 12. & c. in fin. moral. p. 2. lib. 8. c. 7. q. 1.

In gloss. Pueros, ibi, quos dicimus pueros, &c. Pueri dicuntur qui sunt impuberes, sicque minores annis 14. vt per Brisson. lib. 14. de verb. signific. in verbo puer. Rota apud Farin. decif. 194. n. 2. p. 2. recent. vbi n. 1. decisum fuit ætatis defectum non posse opponi illi, qui presentatur ad beneficium simplex iurispatronatus, quando fundator dixit etiam minores annis 14. posse admitti, quo casu non habet locum dispositio Concil. Trid. d. c. 6. requirerentis ætatem 14. annorum.

In gloss. Beneficiati, vlt. ibi, qui beneficium habet sufficiens non reputatur idoneus ad aliud beneficium. Vide Azor. in fin. moral. p. 2. lib. 6. c. 10. q. 1.

S V M M A R I V M.

- 1 Præbenda vna ad hoc vt integretur, non debet alia rescindi.
- 2 Intentio concedentis semper attendi debet.
- 3 Beneficiorum diuisio in Concil. Turonen. prohibita est.
- 4 Beneficij collatio sine diminutione facienda est.

CAP. Cum causam. XXXVI.

1 Pro vnius Præbendæ integratione alia diuidi non debet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Butr. Anchar. Henric. Panorm. Viuiam. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 67. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 382. remissive Ximen. in concord. p. 1.

Nostre intentionis non extitit.] Quæ semper attendi debet, ex latè traditis per Tiraq. in l. si vnaquam, verbo libertatis. n. 45. & s. 5. c. de renouandis donat. faciunt quæ tradidi in trati. de axiom. vsusq. axiom. 128. ex n. 4.

Præbenda de nouo aliqua rescinderetur.] Diuisio enim, seu sectio beneficiorum in Concil. Turonen. prohibita est, vt per Nicol. Garc. de benef. p. 12. c. 4. m. 2. cum seqq. vide ad cap. de maioribus 8. & ad cap. vacante 26. sup. hoc tit.

In gloss. Interrogatione, ibi, Præbenda diuidi non debet, sed integra conferri. Notatur ad hoc quod collatio beneficij sine diminutione fieri debet, cap. vnc. in fin. vt Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur, Rebuff. in præxi. benef. tit. requisita ad collationem bonam. n. 6. Guillem. Benedict. in repet. ad c. Raynuius, verbo si absque, lib. 2. de fideicom. sub tit. a. n. 32. Mascard. de probationib. concl. 313. a. n. 5. Flamin. de resignat. benef. lib. 8. q. 9. n. 32.

S V M M A R I V M.

- 1 Clerici ignobiles, & non eminentis scientiæ, propter hoc non debent à Præbendis repelli etiam in Ecclesia, quæ rules admittere non consuevit.
- 2 Nobilitas animi superat nobilitatem generis.
- 3 Filius, qui virtute ornatur, parentibus ignobilibus existentibus, contemptum non debet.
- 4 Mundi deliramentum est rerum iudicium ab extrinseca accipere figuram.
- 5 Statutum non valet, quod non admittantur ignobiles in Canonicos Cathedralium.
- 6 Nobilis ex utroque parente propriè dicitur illustris.

CAP. Venerabilis. XXXVII.

1 Clericus quamvis non sit nobilis, nec eminentis scientiæ, debet admitti ad Præbendam, non obstante in contrarium consuetudine Ecclesiæ, quia non nobilitas

nobilitas generis, sed virtutum, & vitæ honestas faciunt gratum, & idoneum seruitorem Dei, & viri eminentis scientiæ vix reperiuntur, & Deus eligit ignobiles, & pauperes, quia non est acceptatio personarum apud Deum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabari. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Burr. Anchar. Henric. Panorm. Cened. collect. 143. Vin. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 67. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 382. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2.

Non generis, sed virtutum nobilitas, &c. Quantum autem superet nobilitas animi nobilitatem generis, non est qui ignoret; nam, ut ille inuenis Alexandrinus dicere solebat: *Vera nobilitas non ex sanguine & carne, sed ex virtute animi accepit formam, & claritatem, & D. Hieron. ad Celant. Summa nobilitas est clarum esse virtute. Et Olor. noster lib. 2. de nobilitate civili. Omnis generis splendor, & familia claritas a fonte virtutis ortum habet. Et paulo post. Qui ex virtute laudem adeptus virtutis insignia posteritati relinquit, & nobilitatis iacit fundamenta. Et Iuuenalis ait:*

Nobilitas sola est, atque unica virtus.

Observatione equidem dignus est locus ille Genes. 6. ubi dicitur. *Hæ sunt generationes Noë: Noë vir iustus, atque perfectus cum Deo ambulavit. Quid est hoc? vult Moyses Noë generationem explicare, dicens: Hæ sunt generationes Noë, loco verò Patrum, aui, & atani, virtutes Noë ponit Philo lib. de Abraham hunc eandem observat locum, & affirmat Moysen virtutes Noë posuisse, itavt in stemmate eius non more aliorum anos, & proanos, Maioreſque ceteros recenset, sed virtutes quasdam, declarans nullam aliam familiam, cognitionem, patriamve sapientis esse, præter virtutes, & actiones eius.*

Si filius quis virtute ornatur, nunquid parentibus ignobilibus existentibus ipse contemni debet? certe non, quia, ut ait S. Aug. super Math. non est omnino nec de virtute, nec de vitio parentum aut laudandus quis, aut vituperandus, nemo inde verè aut obscurus, aut clarus est. Quia, ut inquit Modernus quidam, sicut splendidum rosa de spinis exoritur, ita & nobilis vir de ignobili prosapia quandoque gignitur. Multos illustres viros ex ignobilibus genitoribus natos scimus. Agathocles Sicilia Rex hortulani filius erat. Gordius Rex Frigiae pauperibus erat operarius. Valentinianus Imp. filius fuit macellarij. Primissaius Rex Boemæ custos bouum extitit. Quintimò Seneca epist. 44. allegans Platonem, affirmat non fuisse in mundo Regem, qui originem ex seruo non traxerit, nec tamen seruum fore, qui ex rege originem non duxerit. Multos quoque filios vilissimos ex illustribus parentibus natos legimus, & est mirabile quod animadvertunt Auid. Cassius in vita Imp. Severi, Poggius Florent. in lib. de infelicitate Principum, & Petrus Crinitus lib. 2. de honesta disciplina, nempe penè nulos ex magnis, & inclitis viris Romanis illustres reliquisse filios, sed vilissimos; sic Scipio Africanus filium procreavit tam excellenti indignum patre, ut Valer. Maxim. lib. 3. eum obscuritatem ex maximo splendore exortam iure appellet. De inuictissimo Imp. Marco Aurelio Commodus filius est ortus, infamis penitus, & deperditus, ut narrat Quint. Fabius. Aliquando verò ex eisdem parentibus alter bonus, alter pessimus surgit filius: ex Adam probus Abel nascitur, Cain quoque malus producit. Ex Abraham oritur Isaac pius, oritur etiam Ismael impius. Ex Isaac venit Iacob electus, venit quoque Esau reprobus. Ergo non generis nobilitas, quæ sæpe fallax est, sed virtutum, vitæque honestas in Ecclesiæ mini-

stis eligendis requirenda est, ut Pontifex admonet in præfati.

At mundi deliramentum est rerum iudicium ab extrinseca accipere figura, illosque magnos prædicare, qui magni extra apparent. Sic Ezech. cap. 23. arguit infamiam Babylonicos Deos adorantium propter eorum eximias figuras, dicens. Cumque vidisset viros depictos in pariete, imagines Chaldaeorum expressas coloribus, & accinctos balteis renes, & thiaras rinctas in capitibus eorum, insinuit super eos concupiscentia oculorum tuorum. Et Apocalyps. 13. inquit Ioannes de mari bestiam descendentem habentem capita septem, & cornua decem, & super cornua eius decem diademata, & admirata est vniuersa terra post bestiam, & adorauerunt bestiam, dicentes: Quis similis bestia? decepti namque sunt figura illa grandi, & admirabili, sic itaque ex nobilitate, diuitiis, & pompa adorantur multæ bestie.

Vnde in hoc text. optime Græg. I X. exceptionem reiecit illorum, qui contendebant excludere Clericum propter generis ignobilitatem à præbenda Argentinæ, Ecclesiæ sibi à Legato Apostolico collata ob consuetudinem antiquam, secundum quam Capitulum eiusdem Ecclesiæ nullum nisi nobilem, & ab utroque parente illustrem in suum consortium usque ad illud tempus admisserat, & ita probat non valere statutum, sine consuetudinem, quod non admittantur ignobiles in Canonicos Cathedralium, ut per Abb. bion. 4. Bellet. disquisit. Cleric. p. 1. tit. de disciplina Clericali, §. 1. §. 7. hinc colligit Benius de privileg. Iuriscons. p. 2. privileg. 30. quod est statutum, vel consuetudine caueatur nobilem solum in Canonicorum numerum in Ecclesiis Cathedralibus admitti, illud tamen non ita in genere, quam virtute atque scientia nobili viro verificatur, & ideo ad hæc reducendi sunt Perez l. 1. vers. vtrius autem, tit. 1. lib. 4. Ordin. Cassan. in catalogo glorie mundi, p. 8. confid. 8. & p. 10. confid. 35. Cened. ad Decret. collect. 143. Rebuff. in tract. nominat. q. 1. §. 3. Et quicquid sit, nobilitas scientiæ præfertur nobilitati generis, Mench. illustr. c. 2. §. 3. 1. & scientia supplet defectum nobilitatis, gloss. verbo suppleat, in l. societas, ff. pro socio. Spin. in speculo testament. gloss. 3. princ. n. 37.

Ab utroque parente illustrem. [Notatur ad hoc quod nobilis ex utroque parente propriè dicitur illustris, Rebuff. in tract. nominat. q. 12. n. 5. cum seqq.]

In gloss. Non multos, ibi, hoc dicit propter Paulum, & propter beatum Bartholomæum, qui nobiles fuerunt, alij verò Apostoli ignobiles, & pauperes, &c. Vnde inquit gloss. verbo inuidia, in cap. quoniam 24. q. 1. Petro Piscatori successorem quærimus, non Angusto, quam in id referunt Felin. in cap. cum adeo, n. 7. de rescript. Abb. in cap. constitutus, il. 2. n. 11. de appell. Lambert. de inreparat. p. 3. p. 2. lib. 9. §. art. 5. n. 2. Selu. de benef. p. 3. q. 7. n. 1. iuxta med. Tirac. de nobilitat. 20. n. 16.

S V M M A R I U M.

1. Papi, quando mandat alicui, ut provideat, vel promittere faciat in aliqua Ecclesia, intelligitur tam de beneficio simplici, non de Dignitate, vel Rectoria.
2. Diocesis appellatione in materia adiosa non comprehenditur ciuitas.
3. Beneficij nomine non intelliguntur curata, & dignitates in literis ad beneficia concessis ad petitionem supplicantis.
4. Beneficij nomine in dispensationibus non venit curatum, nec dignitas, nec Ecclesia Cathedralis præbenda.

CAP.

CAP. Cūm olim. XXXVIII.
& fin.

Papa quando mandat alicui, ut provideat, vel providere faciat in aliqua Ecclesia, intelligitur tantum de beneficio simplici, non de Dignitate, vel Rectoria. Colligitur ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Hostiens. Henric. Anchar. Panorm. Viuian. in ration. libri tertij iuris Pontif. pag. 63. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 182. remissive Ximen. in concord. p. 1.

Civitas, vel Dioecesis. Ergo dioecesis appellatio-
ne non comprehenditur civitas, quod intellige in materia odiosa cum Doctoribus citatis ad cap. Rodulphus 35. n. 5. de rescript. pag. 65. ac in materia stricta dispositionis hominis, veluti in literis ad beneficia, ut per Gamb. in cap. unic. de rerum permut. lib. 6. n. 105. & 207. Mandol. reg. 16. q. 4. n. 7. Gonzal. ad reg. 8. Can- cell. gloss. 48. n. 194. & 196. Nicol. Garc. de benef. p. 1. c. 6. n. 78. & alios plures, quos citavi in tract. de appellatione verborum utriusque iuris signif. appell. 74. n. 1.

Cum igitur mandatum huiusmodi, &c. Notatur ad hoc, quod in literis ad beneficia concessis ad petitionem supplicantis, nomine beneficii non intelliguntur curata, & dignitates, ut per Gig. de pensionib. 9. 28. n. 9. Petr. Greg. de benef. c. 6. n. 4. & plures alios, quos refert Nicol. Garc. d. c. 6. n. 49. ubi n. 50. dicit hoc provenire ex defectu intentionis concedentis, ut in hoc text. dicitur, non verò quia de proprietate sermonis, & verbi non comprehendantur.

In gloss. Ad talia, ibi, quia non omnis, qui conferitur dignus ad beneficium, dignus est ad dignitatem, &c. Unde in dispensationibus nomine beneficii non venit Curatum, nec dignitas, nec Ecclesia Cathedralis præbenda, ut per Rebuff. in praxi beneficii. tit. quid sit beneficium, n. 15. & tit. de dispensat. super defectu natalium, n. 51. Menoch. de arbitr. casu 201. n. 62. Nicol. Garc. d. c. 6. n. 70. quia simpliciter dispensatus ad beneficium utique ad aliud beneficium quam ad simplex non dicitur habitatus, Borgas. de irregul. p. 2. rub. de interpret. dispensat. num. 3. Campan. in diversoria iuris Canon. rub. 11. c. 13. n. 97. Ego ipse de officio, & potest. Episcop. p. 2. alleg. 45. n. 7.



De Clerico agrotante, vel debilitato.

TIT. VI.



Verum hanc rubr. scripserunt Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anchar. Butr. Panorm. Guid. Papæ, Guillelm. Durand. in breuiario aureo, fol. 90. verso, Ioan. de Londris in breuiario sanctorum Canonum, fol. 173. verso, Petr. de Raucenna in compendio iuris Canon. Martin. Melnart in epitome Decret. fol. 83. Dan. Venator in analysi methodica iuris Pontific. à pag. 382. Goffred. & Hostiens. in summa huius tit. Alexand. Cassan. & Anastas. German. in paratilis ad quinque libros Decretal. Bartholom. Carthag. in expositione titulorum iuris Canonici, Zypæ. in analytica postremi iuris Ecclesiastici enarrat. pag. 184. omnes sub hoc tit.

De materia tit. vide Camill. Borrel. in summa omnium decis. tit. 8. Cened. pratt. & Canon. quest. lib. 1. q. 1. n. 7. Monet. de distribut. quorid. part. 2. q. 6. Barthol.

à Vecchis in praxi observanda in admittendis ad Religiosis statum novit. disp. 9. dub. 21.

SUMMARIUM.

- 1 Clericus infirmus integrè percipit fructus beneficii sui.
- 2 Fructus beneficiorum, & distributiones quotidianæ debentur Clericis infirmis solitis residere, dum morbo impediante divinis interesse non possunt, quatenus propria culpa in morbum inciderint, ut num. 3.
- 4 Infirmus quis dicatur, ostenditur.
- 5 Famulo infirmo non tenetur dominus solvere salariū pro tempore infirmitatis.
- 6 Famulus expensas, quas dominus in sua curatione fecit, solvere ei tenetur.

CAP. Cūm percussio. I. Greg.

Clericus infirmus debet percipere omnes fructus sui beneficii, quos sanus recipiebat, ac si Ecclesia infirmaret. Colligitur ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Imol. Host. Anchar. Henric. Butr. Panorm. Guid. Papæ, Viuian. in rationali lib. 3. iuris Pontif. pag. 113. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 403. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. desumitur ex D. Greg. lib. 2. epist. 5. ubi extat integra, refertur ab Anton. Aug. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 6. c. 1.

Probat hic text. fructus beneficiorum, & distributiones quotidianas deberi Clericis infirmis, dum morbo impediante divinis interesse non possunt, ut per Con. lib. 3. var. c. 3. n. 8. Duch. reg. 106. limit. 7. Hoied. de incompatib. benef. p. 1. c. 17. n. 15. Selu. de benef. p. 4. q. 6. n. 9. Colm. in pragmat. sanct. p. 2. pag. 137. Spin. in speculo testam. gloss. 9. princ. num. 30. Fulch. de visit. lib. 1. c. 20. n. 26. Gutier. canon. lib. 1. c. 1. à n. 138. Azor. in summa moral. p. 2. lib. 7. c. 7. q. 10. cum segg. Monet. de distribut. quorid. p. 2. q. 5. n. 6. cum segg. Cald. Perceira de reversionar. emphyt. 9. 5. n. 23. ad fin. & de potest. nomin. c. 1. n. 39. Cened. ad Sextum collect. 1. q. n. 8. & pratt. ac canonization. quest. lib. 1. q. 1. n. 7. Camill. Borrel. in summa omnium decis. tit. 9. n. 19. Franc. Leo in thesauris fort. Eccles. p. 3. c. 2. n. 27. & alios per me relatos de officio, & potest. Episcop. p. 3. alleg. 53. n. 166. Quam quidem conclusionem intellige si is, qui modò agrotat, ante infirmitatem solitus erat residere, & divinis officiis interesse, Couar. d. c. 13. n. 8. Azor. d. cap. 7. quest. 11. in princ. Moneta d. quest. 6. num. 21. Cened. d. quest. 1. num. 8. Ego ipse d. allegat. 53. num. 167.

Amplia text. conclusionem procedere, etiam si huiusmodi infirmus propria culpa in morbum inciderit cum Couar. d. num. 3. vers. septimo quoridianæ distributiones, Azor. & Cened. locis proxime citatis, Monet. d. q. 6. n. 11. ubi num. 7. ampliat etiam procedere non solum in eo, qui verè morbo detinetur, & affectus est, sed etiam, qui tuenda valetudinis causa cum Physici consilio medicinam sumit, vel sanguine minuitur, vel aliò se confert acquirenda sanitatis causa, vel à civitate abesse iubetur, utpote morbo aliquo contagioso affectus, veluti, lepra, peste, & huiusmodi.

Quis autem dicatur ita infirmus, ut non possit divinis interesse, atque adeo quotidianis distributionibus privandus non sit, iudicis arbitrio relinquitur, ut per Hoied. d. c. 17. num. 6. & late constat ex traditis à Menoch. de arbitr. casu 60. num. 5. cum segg. ubi pluribus relatis opinionibus tandem concludit iudicis